¶ Aliaȝ parabolā audite: Homo erat paterfamilias qui plātauit vineā: ꝛ sepē circūdedit ei: ꝛ fodit in ea torcular: ꝛ edificauit turriȝ: ꝛ locauit eā agricolis: ꝛ peregre profect⁹ ē. Cūȝ aūt tp̄s fructuū appropinq̄sset misit seruos suos ad agricolas vt acciperēt fructus eius. Et agricole apprehēsis seruis ei⁹: aliū ceciderūt: alium occiderūt: alium vero lapidauerunt. Iteruȝ misit alios seruos plures prioribus: ꝛ fecerunt illis similiter. Nouissime āt misit ad eos filiū suū dicēs: Uerebuntur forte filium meū. Agricole aūt vidētes filiuȝ: dixerūt inter se: Hic ē heres: venite occidamus eū: ꝛ habebim⁹ hereditatē eius. Et apprehensum eū eiecerūt extra vineā: ꝛ occiderūt. Cū ergo venerit dn̄s vinee quid faciet agricol' illis? Aiunt illi. Malos male perdet ꝛ vineā suaȝ locabit alijs agricol': qui reddāt ei fructū temporib⁹ suis. Dicit illis iesus: Nunq̄ȝ legistis i scripturis: Lapidē quē reprobauerūt edificantes hic ē fact⁹ in caput anguli. A dn̄o factum ē istud: ꝛ ē mirabile i ocul' nostris. Ideo dico vob qꝛ auferetur a vobis regnū dei: ꝛ dabitur genti facienti fructuȝ eius. Et qui ceciderit super lapidē istum confringetur: sup quē vero ceciderit: cōteret eū.

CHRY. i ho. Post priorē parabolā aliam ponit vt ondat eoꝝ accusatōeȝ esse maiorē ꝛ venia idignaȝ. vn̄ dr̄: Aliā parabolā au. Hō erat pa. q planta vineaȝ. ORIGE. Homo paterfamilias deus ē q dr̄ homo i qbusdā parabolis: sicut si pater cū puulo filio suo loquat' ifantilia vt descendat ad verba filij sui ꝛ istruat eū. CHRY. sup matth. Homo āt dr̄ noie nō natura: similitudie non veritate: p̄scius enim filius qꝛ propter appellatōem humani nois quasi hō purus fuerit blasphemandus: etiam deuȝ patrē iuisibilē hoieȝ appellauit: q angeloꝝ ꝛ hoiuȝ natura dominus est: beniuolentia pater. HIERO. plātauit aūt vineā. de q̄ isaias loqt': Uinea domini Sabaoth dom⁹ israel est. Seqt': Et sepē circūdedit ei. vel murū vrbis vel āgeloꝝ auxilia. CHRY. super matth. Uel per sepeȝ itellige custodiam patruȝ iustoꝝ q tāq̄ȝ murus facti sunt populo israel. ORIGE. Ul' custodia dei sunt sepes ipsius. torcular aūt locus libationuȝ de quo seqt': Et fodit i ea torcular. HIERO. Altare. sunt torcularia illa quoꝝ titulo tres psalmi ꝑnotāt' octau⁹ octogesim⁹ octogesimusꝫ: ꝫ. martyres. HYLA. Ul' ꝓphetas q̄si q̄dā torcularia aptauit. i quos musti mō q̄daȝ vbertas sp̄ussci ferueńtis ifueret. CHRY. sup matth. Uel torcular est verbū dei: q̄d cruciat hoiem contradicēte carnis natura. Seqtur: Et edificauit turrim. HIERO. i. tēpluȝ de quo dr̄ ꝑ Micheā: Et tu turris nebulosa filie syō. HYLA. Uel i turre eminētiā legis extruxit q̄ ꝛ i celū ex solo egressa ꝓucheret ꝛ ex q̄ speculari xp̄i posset aduentus. Sequitur: Et locauit eā agricolis. CHRY. sup matth. Quādo. s. ꝑ legē constituti sunt sacerdotes ꝛ leuite: ꝛ ꝓcuratōeȝ regedi populū susceperunt. Sicut aūt colon⁹ q̄uis de suo munere obtulerit domino nō sic eū placat sicut si de vinea eius redditus ei obtulerit: sic ꝛ sacerdos non tantū pp suaȝ iusticiā placet deo quō si populū dei i sanctitate docuerit: qm̄ ipsius iusticia vna est populi āt multiplex. Seqtur: Et peregre ꝓfectus. HIERO. Non loci mutatōe nec enī ēs alicubi abesse pōt. quo complent' oīa: sed abire videtur a vinea. vt vinitorib⁹ liberꝫ operandi arbitrium derelinquat.

CHRY. i ho. Uel peregre profectus est: cū longanimitatem habuit non semper eorum peccatis penas iducens.

ORIGE. Uel qꝛ dn̄s q fuerat cum illis i nube diei ꝛ i columna ignis ꝑ noctem. nequaq̄ȝ postea similiter apparuit illis. In esaia ergo iudaicus populus vinea noiatur: ꝛ comminatio patrisfamilias cōtra vineā fit. In euāgelio aūt vinea non culpatur: sed eius coloni. sed forte in euangelio vinea est regnum dei. i. doctrina que scripturis iserta est sciencie: vita autem irreprehensibilis hoium est vinee fructus. Littera aūt scripture est vinee sepes circūposita. vt non videantur ab his q foris sunt fructus q sunt i abscon so. ꝓfunditas autem eloqoruȝ dei est vinee torcular. i quod q profecerūt de eloquijs dei infundūt studia sua quasi fruct⁹. Turris autēȝ edificata ē verbū de ipso deo ꝛ de dispensationib⁹ christi. hanc vineā tradidit colonis. i. populo ante nos. tam sacerdotibus q̄ȝ laycis. Et peregre profect⁹ ē ad suā profectionem dans occasione colonis. Appropinquat aūt temp⁹ fructuū: ꝛ ſȝ vnūquēq̄ȝ ꝛ generaliter populo vniuerso. Primū enīȝ vite tp̄s ē ſm infantiam: ꝛ tūc nihil vinea ondit nisi tm̄ hūs in se vitalem virtutē: cum aūt ceperit posse loqui tēpus est generationis. Quantum aūt ꝓficit anima pueri ꝛ tantū vinea. i. verbū dei. ꝛ post profectū vinea operat' fructū matur charitatis ꝛ gaudij ꝛ pacis ꝛ huiusmodi. Sed ꝛ populo q acceperūt legem ꝑ maysen tēpus fructuū appropinquat aliquāda. vnde sequi': Cū autē tp̄s fruc. appropinquasset misit seruos suos ad agri. vt acci. fruc. eius. RABA. Unde tp̄s fructuū posuit nō prouentuum. nullus enīȝ est fructus populi contumacis. CHRY. in ho. Seruos dicit prophetas: qui offerūt quasi sacerdotes domini populi fructus ꝛ obedientie ondionem ꝑ opa. Hi aūt nō solū malitia potiti i non dādo fructū sed etiā i idignādo ad eos qui venerūt ꝛ sanguine manus impleuerūt. vnde sequit': Agri. app. ser. ei⁹. ali. ceci. ali. occi. aliū vo lapi. HIERO. Ceciderūt quidē vt hieremiā: occiderūt esaiā: lapidauerūt vt naboth ꝛ zachariā quē interfecerūt iter tēplū ꝛ altare. CHRY. sup matth. Per singulos aūt gradus malitie dei misericordia addebat'. ꝛ ꝑ singulos gradus diuine misericordie malitia iudeoꝝ crescebat: ꝛ sic contra dei clemētiā malignitas humana certabat. vnde sequit'. Iterum misit alios seruos plu. po. ꝛ fe. illis similiter. HYLA. Missi aūt plures porib⁹ illud temp⁹ designat quo post singuloꝝ ꝓphetarū predicationē plurimus simul numerus ꝓphetātū emissus ē.

RABA. Uel primi serui qui missi sunt ipse legifer moyses intelligit'. ꝛ aaron primus sacerdos dei quos cesos flagello lingue vacuos emiserūt. alios aūt seruos ꝓphetarum choros intellige. HYLA. In filio aūt ad vltimum misso domini nostri aduentus significat'. Seqt' enīȝ: No. aūt mi. ad eos fi. suū. CHRY. in ho. Quare aūt nō cōfestim misit vt ex his q̄ ad alios fecerant seipsos accusarēt: ꝛ furoreȝ dimittentes verecundarentur propter filium aduenienteȝ vnde sequitur. Uere. fi meū. CRHY. Hunc autem misit non quasi ad obnoxios pene suiam baiulantem sed penitentie veniam misit eos ꝯfundere non punire. HIERO. Quod autem dicit Uere. fi. meum. nō de ignorātia venit. Quid enim nesciat paterfamilias qui hoc loco deus intelligatur: sed semper ambigere deus dicitur vt libera voluntas hoi reseruet'. CHRY. i ho. Uel hoc dicit annūci-

tus qd fieri debebat: qm̃ oportebat eos verecũdari: p hoc .n. vult ostendere peccatũ eoꝝ magnũ ꝛ oĩ excusatõe priua tũ. ORIGE. Vel illud quod ait: Verebũt filiũ meũ videtur impletũ illis iudeis qui itelligentes xp̃z crediderũt in eũ. Hoc aũt qđ sequit̃. Agricole aũt videntes filiũ: dixerunt itra se: hic ẽ heres venite occidamus euz. ĩ illis impletũ est: q videntes christum: ꝛ cognoscẽtes filium dei nihilominus crucifixerunt eũ. HIERO. Interrogem⁹ Arriuz ꝛ Eunomiũ. Ecce pater dr̃ ignorare. quicqd pro patre respõderint: hoc intelligant de filio q se dicit ignorare consũmatõis diem. CHRY. sup matth. Dicũt autẽ quidam: quia post incarnatõem dictus est christus filius ex baptismo: sicut ceteri sancti: quos ex hoc loco cõuincit dñs. vbi dicitur: Mittam filiuz meũ. Quãdo ergo adhuc cogitabat ad trãsmittendũ filiũ post pphetas: iam filius erat: deide si eo modo dr̃ filius sicut omnes sancti ad quos factũ est verbũ dei debuit ꝛ pphetas dicere filios sicut ꝛ christũ aut ꝛ xp̃z seruum dicere sicut ꝛ ceteros pphetas. HIERO. Per hoc autem qđ dicũt: Hic est heres. manifeste dñs probat iudeorum p̃ncipes: nõ per ignorantiam: sed per inuidiaz dei filiũ crucifixisse. Intellexerũt enim eũ esse illũ cui pater p pphetam dicit: Postula a me ꝛ dabo tibi gentes hereditatẽ tuã. Hereditas quippe filio sancta ecclesia data est: quã non moriens pater illi reliquit. sed ipse sua morte mirabiliter acquisiuit. CHRY. super matth. Tamen postq̃z introiuit in templũ: ꝛ vendentes animalia que ad sacrificiũ pertinebãt: foras eiecit: tũc precipue cogitauerũt euz occidere. vnde dicunt: Venite occidamus eum. Dicebant enim intra se: Necesse ẽst vt populus per istum dimittat consuetudinem hostiaꝝ que ad nostrum pertinent lucrum: ꝛ acquiescat offerre sacrificium iusticie quod ad gloriam pertineat dei: ꝛ sic iam non erit populus iste possessio nostra: sed dei. Si autem occiderimus eum: dum non est qui iusticie fructũ a populo querat: semper durabit cõsuetudo offerendarum hostiarum: ꝛ sic populus iste erit nostra possessio. ꝛ hoc ẽ quod sequitur: Et nostra erit hereditas. hec est cogitatio communis omnium sacerdotum carnaliũ qui nõ sunt solliciti quomodo viuat populus sine peccato: sed aspiciunt quid in ecclesia offeratur: ꝛ hoc estimant sacerdotij sui lucruz. RABA. Vel hereditatem occiso eo p̃ripere moliebant̃ iudei: cũ fidem q̃ per eũ est extinguere: ꝛ suã magis que ex lege ẽ iusticiam preferre: ac gentibus imbuendis conabantur inferere. Sequitur: Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam ꝛ occiderunt. HYLA. Christus enim extra hierusalem tanq̃ȝ extra vineam in sententiam damnatiõis abiectus est. ORIGE. Vel quod dicit eiecerũt extra vineaz. tale mihi videtur. Quantũ ad se alienum eum esse iudicauerũt a vinea ꝛ colonis. Seqtur: Cũ ergo venerit domin⁹ vinee quid faciet agricolis illis? HIERO. Interrogat quidem eos dominus: nõ q ignoret quid respõsuri sint: sed vt propria responsione damnentur. Sequitur: Aiũt illi: Malos male perdet: ꝛ vineam suam locabit alijs agricolis.

CHRY. super matth. Quod autem veꝝ responderunt non est illorum qui iuste iudicauerunt: sed ipsius cause: veritas enim ipsis violentiam fecit. ORIGE. Sicut enim cayphas: sic ꝛ isti nõ ex se prophetauerunt contra se: qm̃ tollenda ab eis erãt eloquia dei ꝛ danda gentibus fructum in tempore daturis: vel dominus quem occiderunt statim venit resurgens a mortuis: ꝛ malos quidem colonos male perdit alijs autem colonis. i. apostolis vineam suam consignauit idest eis qui ex iudaico populo crediderunt.

AVGV. de con. euan. Marcus autem hoc ab ipsis non rñsum esse cõmemorat sed dominũ hoc consequenter locutũ post interrogationẽ suã ipsum sibi quodãmodo rñdisse. Sed facile potest intelligi vel illoꝝ vocem ita subiectaz vt non iterponeretur. illi responderunt: sed tamen itelligeretur: aut ideo rñsionẽ istam domino potius attributaz: qꝛ cum veꝝ dixerũt: etiaz de illis hoc ipse respõdit q veritas ẽ. CHRY. ĩ ho. Vel nõ est contradictõis: ꝛ eni vtraqȝ facta sunt: qꝛ. s. ꝛ ipsi p̃mo hoc responderunt ꝛ postea domin⁹ itrauit. AVGV. de con. euã. Sed illud magis mouet q lucas nõ solum eos hoc respondisse nõ dicit: veꝝ etiã cõtrariã rettulisse rñsionẽ. Ita eni narrat: Quo audito. s. hac sententia ex ore domini prolata dixerunt: Absit. Restat ergo vt intelligamus ĩ plebe que audiebat quosdam respõdisse quod mattheus commemorat: quosdam vero illud quod lucas dicit. i. absit. Nec moueat q mattheus p̃ncipes sacerdotum ꝛ seniores populi dixit accessisse ad dñm. ꝛ sic sine interpositione alicuius persone sermo cõtexitur: vsqȝ ad hoc q de locata agricolis vinea commemoratur. Potest enim putari oĩa hec cum p̃ncipibus sacerdotum locutum fuisse: sed matthe⁹ breuitatis causa tacuit quod lucas nõ tacuit: parabolam. s. istam nõ ad eos solos dictam q de potestate iterrogauerãt: sed ad plebem ĩ qua erant q dicerent: pdet illos: ꝛ vineã suam dabit alijs que vox recte etiam ipsi⁹ domini fuisse itelligitur: siue ppter veritatẽ: siue ppter membrorum eius cum suo capite vnitatem. Erant etiam qui talia respondentibus dicerent: Absit. quia intelligebãt cõtra seipsos parabolã esse dictam. CHRY. super matthe. Vel aliter. Lucas quidem s̃m responsionem oris corũ narrauit. Mattheus s̃m responsionem cordis. naz vere visibiliter quidem in facie contradixerunt dicentes. Absit: In cõscientia aũt susceperũt dicentes. Malos male perdet. Sic cũ homo deprehẽsus fuerit in malo. verbis quidez excusat: intus autem eius conscientia recognoscit. CHRY. in ho. Vel aliter. Dominus propter hoc eis parabolam proposuit vt ipsi non intelligentes cõtra se sententiã proferrent: sicut ꝛ ad dauid factũ est per nathã. rursus aũt intelligentes que dicta sunt contra se esse dixerũt: Absit. RABA. Moraliter autẽ cuiqȝ vinea locatur colenda cum baptismi mysteriũ datur: q operando exerceat. Mittitur seruus vnus alter ꝛ tertius cum lex psalmus prophetia legitur: quorũ monita bene operetur. Sed missus cedit̃ ꝛ eycit̃: cũ sermo cõtẽnitur: vel quod peius ẽ: blasphematur. Heredẽ quãtũ ad se occidit qui filiũ dei cõculcauerit ꝛ spiritui gratie cõtumeliam fecerit. Perdito malo cultore vinea alij datur: tum donum gratie quod superbus spreuerit humilis accipit.

CHRY. sup matth. Deinde quasi non acquiescẽtibus illis testimoniũ scripture inducit. Sequitur enim: dicit illis iesus. Nũq̃ȝ legistis in scripturis: Lapidẽ quẽ reprobauerũt. idest si porobolam meã non intelligitis. vel istaz scripturaz cognoscatis. HIERO. Varijs aũt porobilis res eadẽ contexuntur. quos eni supra operarios ꝛ agricolas appellarat. nunc edificatores idest cementarios vocat. CHRY. in ho. Lapidem autẽ christũ vocat. Edificatores autez doctores iudeorum qui christũ reprobauerũt dicẽtes. Hic nõ est a deo. RABA. Sed illis nolentibus ideo lapis caput anguli firmauit qꝛ de vtroqȝ populo: quotquot ipse voluit sua fide coniunxit. vnde sequit̃ Hic factus ẽ in caput anguli. HYLA. Est enim caput anguli factus: quia ẽ inter legem ꝛ gentes lateris vtriusqȝ coniunctio. GHRY. in ho. Deinde vt discant quoniam nihil eorum que fiebant: deo contrarium erat. subdit: A domino factum est. ORIGE. Idest iste lapis donum est donatũ a deo edificio vniuerso: ꝛ admirabile caput in oculis nostris q possumus eũ videre oculis mentis. CHRY. super mattheum. Quasi diceret Quare non intelligitis in cuius edificij angulo ponendus est ille lapis non in vestro quando reprobatus est. sed i alio Si autem aliud edificiũ est futurũ: ergo vestra edificatioẽ contemnenda. vnde subdit Ideo dico vobis: qꝛ auferetur a vobis regnum dei: ꝛ dabitur gentibus facientibus fructũ eius. ORIGE. Regnũ dei dicit mysteria regni dei. i. diui

nas scripturas quas tradidit dominus. ꝑmo qdē populo illi ꝑo2 cui credita sunt eloqa dei. secūdo antē gentib⁹ facientibus fructū: nemini enim datur verbū dei nisi facieti fructū de eo: ⁊ nemini in quo peccatum regnat datur regnum dei: quomodo ergo illis datū est a quo ⁊ ablatum est: Sed cōsidera quomodo quod daꝰ intelligitur gratis datū. Quibus ergo locauit nō omnino q̄si electis ⁊ fidelibus dedit. quib⁹ aūt donauit cū iudicio electōis donauit. CHRY. super matth. Lapis autem dicitur christus: non solum propter firmitatem: sed etiam qȝ est inimicorū magna confractio. vnde sequitur: Et qui ceciderit super lapidem istū ⁊c. HIERO. qui peccator est ⁊ tamen in illum credit: cadit quidem super lapidem ⁊ confringiꝰ. sed non omnino conteritur. Reseruatur enim per patientiam ad salutem: super quem vero ille ceciderit. hic est cui lapis ille irruerit: ⁊ qui christum penitus negauerit. sic conteret eū vt nec testa quidem remaneat in qua hauriaꝰ aque pusillum. CHRY. super matthe. Aliud est enim confringi: ⁊ aliud comminui: de eo enim quod confringitur: aliquid remanet. quod autē comminuitur quasi in puluerem conuertitur. quod autem cadit ad lapidez non frangitur fm qȝ est lapidis virtus: sed inquantuz fortiter cadit. aut propter pondus suū: aut propter altitudinē casus: sic ⁊ christianus peccans: non tantuz perit quantū potest perdere christ⁹: sed quantū ipse se perdit per opa sua: aut ꝑpter magnitudinem peccati: aut propter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereūt tantū quantū potest eos perdere christ⁹. CHRY. in home. Ubi hic duas perditiones eoꝝ ostendit: vnā ab eo qȝ offenderūt ⁊ scandalizati sunt: quam designat dicens: Qui ceciderit sup lapidē ⁊c. aliaz a captiuitate eis superuētura. quā manifestat dicens: Super quē vero ceciderit. AVGV. de q̄. euange. Uel de his dicit q cadent super eum qui illuz modo contemnūt vel iniurijs afficiūt. Ideo nondū penit⁹ intereūt. sed tamen confringunꝰ vt non recti ambulent super quos cadet: dū veniat desuper in iudicio cū pena perditionis: Ideo dixit. Conteret eos: vt sint impij tanq̄ puluis quem proijcit ventus a facie terre.

¶ Et cū audissent principes sacerdotum ⁊ pharisei parabolas eius: cognouerunt qȝ de ipsis diceret. Et querētes eum tenere timuerūt turbas quoniam sicut prophetam eum habebant.

HIERO. Quamuis duro corde iudei propter incredulitatez essent tamen intelligebant contra se omnes domini sententias dirigi. vnde dicit. Et cū audissent ꝑnci. sacerdo. ⁊ phari. pabo. eius: cogno. qȝ de ipsis diceret. CHRY. super matthe. Hec est autem differentia bonoꝝ hominum ⁊ malorū. Bon⁹ eniz comprehensus in peccato gemit qa peccauit: malus aūt fremit: non qꝛ peccauit: sed qꝛ comprehensus est in peccato: ⁊ nō solū penitentiam nō agit: sed magis aduersus corripien tē irasciꝰ. vnde ⁊ isti comprehēsi magis ad maliciam sunt excitati. Sequitur eni: Et querentes tenere eū timuerūt turbas: quoniaz sicut prophetaz eum habebant. ORIGE. Sapiūt qdez aliquid de eo qd verꝰ est prophetaz euz estimantes non aūt magnitudinez ei⁹ intelligūt sz quod erat fili⁹ dei. Turbas aūt sic sapientes de eo: ⁊ paratas ꝑ eo pugnare timēt ꝑncipes: neqz. n. ad eoꝝ sciētiam ptingere possunt: nihil dignū sentientes de eo. Deinde sciendū est: quoniā volentiū iesuz tenere differentia ē. Aliter enim ꝑncipes ⁊ pharisei q̄rebant eū tenere: aliter sponsa q̄ dicit: Tenui eum nec dimittam. adhuc eum tentura melius sicut dicit: Ascendam in palmam ⁊ tenebo altitudinez eius. Omnes enim nō recte sapientes de diuinitate tenere volūt iesum ⁊ pdere eū. Et alia qdem verba ꝑter verbum christi possibile est cōmprehendere ⁊ tenere. Uerbū aūt veritatis nemo potest cōprehendere. i. intelligere neqȝ tenere. i. conuincere: neqȝ separare a sensu credētiū neqȝ mortificare. i. destruere. CHRY. sup matthe. Ois etiam homo mal⁹ q̄tū ad voluntatē suā ⁊ man⁹ mittit in deū ⁊ occidit eū. Qui enim precepta dei cōculcat q murmurat cōtra deū: ⁊ turbato vultu aspicit celū: nōne si fieri potuisset manus mitteret i deum ⁊ occideret eū: vt iā liceret peccare? RABA. Sz tñ qȝ timēt mittere manū i iesuz pp turbaz quotidie i ecclesia geriꝰ: cū qlibz solo noie frater fidei ⁊ pacis vnitatē quā nō diligit: pp bonos cohabitātes vl' erubescit ipugnare vel timet. CA. XXII.

Et respōdēs iesus dixit iterū in parabolis eis dicēs. Simile factum ē regnū celorū hoi regi: q fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebāt venire. Iterū misit alios suos dicēs: Dicite inuitatis: Ecce prandiū meū parauj: tauri mei ⁊ altilia occisa sūt: ⁊ oia parata: vēite ad nuptias. Illi aūt neglexerūt: ⁊ abierūt: ali⁹ in villā suā: alius vero ad negociationē suā. Reliq vero tenuerūt seruos eius: ⁊ ꝯtumelijs affectos occiderūt. Rex aūt cū audisset iratus ē: ⁊ missis exercitibus suis pdidit homicidas illos ⁊ ciuitatē illoꝝ succēdit. Tūc ait suis suis: Nuptie qdē parate sūt: sz q inuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viarū ⁊ quoscunqz inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius i vias ꝯgregauerūt oēs quos inuenerūt malos ⁊ bonos: ⁊ iplete sūt nuptie discūbentiū. Intrauit autem Rex vt videret discūbentes: ⁊ vidit ibi hoiem nō vestitum veste nuptiali: Et ait illi: Amice q̄o huc itrasti ñ hñs veste nuptialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris: Ligatis manibus ⁊ pedibus eius mittite eū i tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ stridor dētiū. Multi autem sunt vocati: pauci vero electi.

CHRY. in ho. Quia dixerat: Dabiꝰ gēti facieti fructus eius: hic ostēdit cui genti. vnde dicitur. Et respondens ihs dixit iterum in parabolis eis dicens Simile fac. ē regnū celoꝝ ⁊c. GLO. Dicit aūt. Rñdens idest obuians praue cogitationi eorum de morte sua. AVGV. de con. euan. Parabolā aūt istaz solus mattheus narrat. simile quidem etiā lucas commemorat: sed nō est hoc: sicut ⁊ ipse ordo indicat. GREGO. in ho. Hic p nuptias pńs ecclesia: illic per cenam eternum ⁊ vltimū conuiuiuz designaꝰ: qꝛ ⁊ in hanc nōnulli exituri intrāt: ad illud q̄squis semel intrauerit vlteri⁹ non exibit. At siquis forte contendat hanc eandem esse lectionem: intelligi forsitā potest: quia de ꝑiecto eo q cū nuptiali veste non intrauerat: quod lucas tacuit Mattheus dixit. qȝ vero per illum cena: per hunc autem prandium diciꝰ nequaq̄ obsistit: quia cum ad horam nonam apd antiquos prandium fieret quotidie ipsum quoqz prandium cena vocabatur. ORIGE. Regnum autem celorum simile ē fm eum quidem qui regnat homini regi fm eum autem qui cōregnat filio regis: fm ea vero que sunt in regno regis: seruis ⁊ inuitatis ad nuptias: inter quos est ⁊ exercitus regis. Additum est autem homini regi: vt hominibus quasi homo loquatur: ⁊ dispensat homines non cupientes dispensari a deo. Sed tunc cessabit regnum celorum esse simile homini cum cessante zelo ⁊ cōtentione ⁊ ceteris passionibus ⁊ peccatis cessauerimus fm hominem ambulare: ⁊ videbimus

eum sicuti est. Nunc.n. videmus eum non sicuti est: sed si-
cuti p nr̃az dispẽsatione fact⁹ fuerit nob. GREGO i ho.
Tūc aūt deus pr̃ deo filio nuptias fecit qñ hunc i vtero vir
ginis huãe nr̃e cõiunxit. Sz q̃z ex duabus psonis fieri so
let nuptiaꝝ cõiunctio: absit hoc ab itellectib⁹ nr̃is: vt pso-
nã redẽptoris nr̃i ex duab⁹ psonis credamus eẽ vnitã. Ex
duab⁹ quippe atq̃ i duab⁹ hūc naturis existere dicimus: sz ex
duab⁹ psonis credere ɔpositū vt nephas vitam⁹. Securi⁹
ergo dici pōt: q̃z i hoc rex pr̃ regi filio nuptias fecit: q̃ ei p i-
carnatōis mysteriū scãm ecclíaz sociauit. Uterus aūt geni
tricis virginis h⁹ spōsi thalamus fuit. CHRY. sup mat.
Uel aliter: Cū resurrectio fuerit facta sctoꝝ tūc suscipiet
hoiez vita q̃ ē xp̃s: mortalitatẽ ei⁹ sua mõtalitate absorbēs.
Nūc.n. q̃si arras futuri ɔiugij spūmscm̃ accipim⁹: tunc aūt
ip̃z xp̃m plenius in nob habebim⁹. ORIGE. Uel cõiun-
ctionẽ spōsi ad sponsam.i. xp̃i ad aĩam ĩdi susceptionẽ itel-
lige partus aūt opa bona. HYLA. Merito aūt a prẽ iam
sunt he nuptie facte: q̃z eternitatis hui⁹ societas: ꝛ noui cor
poris despõsata cõiūctio habeť iã pfecta i xp̃o. Sequiť: Et
misit suos suos vocare inuitatos ad nuptias ꝛ noluerūt vẽi
re. CHRY. sup mat. Ergo qñ misit seruos suos iã inuitati
p̃us erãt. Inuitati sūt.n. hoies a tpe abrae cui xp̃i icarnatio
pmittebať. HIERO. Misit aūt seruū suū. ncconbiū q̃n
moysen p quē legẽ inuitatis ỏdit. Si aūt seruos legerim⁹. vt
pluraq̃z hñt exẽplaria ad pphetas referẽdū ẽ q̃z inuitati p
eos venire cõtẽpserūt. Sequiť: Itez misit alios seruos di
cẽs. Dicite inuitatis: Serui q scdo missi sunt meli⁹ ẽ vt pphe
te itelligant q̃z apl̃i ita tñ si hi⁹ supra fuerit script⁹: sin aūt
seruos ibidem legas: hic hui secundi apl̃i sunt intelligendi.
CHRY. sup mat. Quos misit cū eis dixit. In viã gẽtiuz
ne abieritis sed potius ite ad oues perditas domus israel.
ORIGE. Uel q p̃mo mittunť hi qui vocare iuitatos ad nu
ptias: hñť pphe cõuertẽtes ex pp̃lo p suas pphetias ad leti
ciã ꝛ restitutiõez eccl̃e ad xp̃z. Qui aūt noluerūt vẽire i p̃mis
iuitati: sunt q noluerunt audire vba pphetaꝝ. Iterum alij
transmissi: alia congregatio prophetarum est. HYLA.
Uel hi qui p̃mo missi q inuitatos vocarẽt apostoli sunt: q aūt ad
moneť vt veniãt iuitati antea: populus israel est.i. glãm.n.
eternitatis p legẽ ẽ aduocat⁹. Apostoloꝝ g̃ erat pp̃riũ com
monefacere eos quos inuitauerant pphete. Qui vero ite
rū cū pceptoꝝ cõditõe mittunť apl̃ici viri sunt successores
coꝝ. GREGO. Sz q̃z hi q p̃us iuitati sūt ad nuptiaꝝ cõ
uiuiū vẽire noluerūt: i scda iuitatõe iã dr̃. Ecce prãdiū meū
paraui. HIERO. Prãdiū patū ꝛ tauri ꝛ altilia occisa vel
p methaphorã opes regie describunť vt ex carnalib⁹ itelli
gãť spũalia: vl̃ certe dogmatū magnitudo ꝛ doctrĩa di lege
plenissima sentiri pōt. CHRY. sup mat. Cū g̃ dñs apl̃is
dixit: Eũtes pdicate dicẽtes: q̃z appropĩquauit regnuz celo
rū: hoc significauit qd̃ hic dr̃. Prãdiū meū paraui.i. ex lege
ꝛ pphetis scripturaꝝ mẽsas ornaui. vnde seqť. Tauri mei
ꝛ altilia occisa sunt. GREGO. i ho. Per tauros aūt pr̃es
veteris testamẽti figurant: q ex pmissione legis inimicos su
os ĩtutis corpee: cornu feriebãt. Altilia vo sagiata dicim⁹:
ab eo enĩ q̃ ẽ alere altilia: q̃si alitilia: vel q̃si alita vocam⁹.
Per altilia.i. g̃ pr̃es noui testamẽti figurãť: q dū grãz piguedi
nis iterne dulcedinis pcipiũt a terrenis desiderijs ad subli
mia ɔtẽplatõis sue pẽna subleuanť. Dič ergo. Tauri mei ꝛ
altilia occisa sunt. ac si.d. Patꝝ pcedẽtiū mortes aspicite ꝛ
remedia vite vr̃e cogitate. CHRY. sup mat. Uel al̃r. Iõ
dič: Et saginata ꝛ tauros nõ q̃z ꝛ tauri nõ fuerit saginati. sz
q̃z nõ oẽs saginati fuerūt tauri: q̃ saginata tm̃mõ dič pphe-
tas q fuerūt spũscõ repleti. tauros aūt q pphete fuerūt ꝛ sa-
cerdotes: sicut hieremias ꝛ ezechiel. vñ.n. tauri duces sunt
gregis: ita ꝛ sacerdotes pncipes sunt populi. HYLA. Ul̃
al̃r Tauri gloriosa martyꝝ spẽs est q cõfessiõi dei tanq̃ ho
stia electa sunt imolati. Saginata vero sunt homines spũa

les tanq̃ celesti pane ad euolandū aues paste: ceteros acce
pti cibi vbertate expleture. GREGO. Notandū vo q̃ i
pore iuitatõe nil de tauris ꝛ altilib⁹ dr̃. In scũda aūt iam
tauri ꝛ altilia mactata memoranť: q̃z oĩpotẽs deus cū vba
eius audire nolumus adiungit exẽpla: vt omne quod ipos
sibile credimus tanto nob ad sperandū fiat facilius quan
to p hoc transisse ꝛ alios audimus. ORIGE. Uel q̃z prã
dium quod paratur est elogium dei: fortia queq̃ elogiorum
dei tauri itelligantur: suauia vero ꝛ delectabilia eoꝝ sunt
saginata. Siqs.n. proferat quedam dicta modica ꝛ non fir
ma: ꝛ non magnaz virtutẽ rõnis habẽtia: vidẽtur macra eẽ
que proferuntur. Saginata autez sunt cū ad vnãquãq̃ pro
positõem exempla multa rõnis probatõe repleta iducunť:
puta si aliquis de castitate sermonem loqťur. recte ĩtelligi-
tur turtur. Sed cum ipsum sanctitatis sermonẽ cuz ratõis
pbatõe de scripturis repletum protulerit: ita vt delectet ꝛ
confirmet animū audiẽtis ptulit eū saginatū. CHRY.
sup matth. Quod autem dr̃. Et omnia parata sunt: intelli-
gitur quia quicquid queritur ad salutem: iam adimpletū
est in scripturis. Qui enim ignorãs est inuenit ibi quod di-
scat. Qui contumax est: inuenit ibi quod timeat: qui labo-
rat inuenit ibi pmissa: qb⁹ exciteť ad op⁹. GLO. Uel oĩa
parata sunt: introitus regni paratus est per fidem mec icar
nationis qui ante fuerat clausus. CHRY. super matthe.
Uel omnia parata dicit que ptinent ad mysteriū dñice pas
sionis ꝛ nostre redẽptiõis. Dicit aūt: Uenite ad nuptias nõ
pedib⁹ sed fide ꝛ morib⁹. Sequiť. Illi aūt neglexerūt. Qua
aūt re neglexerint manifestat cū subdiť. Et abierūt: alius in
villam suaz: alius vero ad negociationẽ suã. CHRY. in
ho. Quãuis aūt videanť rationabiles occasiones esse: sed
hinc discimus etiaz si necessaria sunt que detinent: omnib⁹
tamẽ preponere spiritualia oportet: Mihi aūt videť q̃ his
occasionib⁹ vsi negligẽtie velanima pponebãt. HYLA.
Ambitione eniz seculi tanq̃ villa hoies occupanť: plures
vero ppter pecunie cupiditatẽ negociatione detinentur.
CHRY. sup matthe. Uel aliter: Cū labore manuū nr̃aꝝ
aliquid facim⁹. puta exercẽtes agrū vel vineã aut opus li-
gni vel ferri: villã colere videmur. Cū aūt nõ labore manu
uz nr̃aꝝ alia lucra sequimur. totū hoc negociatio appellať.
O miserrim⁹ mūdus ꝛ miseri q eū sequunť. Semp.n. mun
diali opa hoies exclusērūt a vita. GREGO. Qui ergo
itentus labori terreno vel mūdi actionib⁹ dedit⁹ mysteriū
icarnatiõis dñice pensare ꝛ fm illud viuere dissimulat q̃si
ad villã vel negociū pergẽs: venire ad regias nuptias recu
sat. ꝛ plerunq̃z q̃ est grau⁹ nõnulli vocati: gratiã nõ solū re
spuūt sed etiã psequunť. vnde subdiť: Reliq vero ten. ser.
ei⁹ ꝛ ɔtu. affe. ꝛ occiderūt. CRHY. sup mat. Ul̃ p occupa
tionẽ ville populares iudeoꝝ significat quos mūdi dlecta
tio sepãuit a xp̃o. Per occupationẽ vo negociatiõis sacer-
dotes ceterosq̃z mĩstros tẽpli significauit quos lucri obtẽ
tu veniẽtes ad misteriū legis ꝛ tẽpli auaritia sepãuit a fide.
quibus nõ dixit q̃ malignati sūt sed neglexerūt. q eni odio
aut inuidia crucifixerūt xp̃m: illi malignati sūt: q aūt ẽ ne-
gocijs ipediti ñ crediderūt: illi neglexisse dicūť ñ maligna
ri. De sua tñ morte dñs tacet: q̃z i p̃o ri pabola dixerat: sz os
dit mortẽ discipuloꝝ suoꝝ quos p⁹ ascẽsiũ ipsius occiderūt
iudei: Stephanū lapidãtes ꝛ Jacobū alphei occidentes: p
pter q̃ hierusalẽ destructa est a romãis. Et notãdū q̃ ira in
deo non proprie sed translatiue dr̃. Tūc eniz irasci dicit qñ
vlciscit. vñ ꝛ hic dicit. Rex aūt cū an. irat⁹ est. HIERO.
Qñ inuitabat ad nuptias ꝛ agebat opera clemẽtie: hoĩs no
mẽ appositū est. nūc aūt qñ ad vltionẽ vẽit: hõ siletť ꝛ rex tm̃
dicit. ORIGE. Dicãt aūt q peccãt in deū legis ꝛ prophe
tarū ꝛ totius creatiõis vtrū iste q ꝛ homo dicitur ꝛ iratus
proponitur. ipse est pater christi: q̃ si dixerint hunc ipsum
esse cogendi sunt confiteri quoniam multa in eo sunt pas-

sibilē hominū naturā esse dicunt̄: nō q2 ipse passibilis est: s3 q2 more gerit passibilis nature hominū. Et s̄m hāc cōsequē tiā suscipere cōuenit ⁊ irā dei ⁊pn̄iā ⁊ cetera huiusmodi in prophetis. Sequit̄: Et missis exerciti. HIERO. Per hos exercitus romanos intelligim⁹ sub duce vespasiano ⁊ tito: qui occisis iudee populis preuaricatricē incenderūt ciuitatē. CHRY. sup matth. Roman⁹ aūt exercit⁹: dicit̄ exercit⁹ dei: q2 dn̄i est terra ⁊ plenitudo eius nec etiā venissent romani hierusalē nisi eos dn̄s excitasset. ORIGE. Uel angelo℞ agmina sunt exercit⁹ regis nostri. missis ergo exercitib⁹ extinxisse homicidas dr̄: q2 in hoīb⁹ oē iudiciū per angelos exercet̄. Homicidas ergo pdit. quia psequētes interimunt. Ciuitatē eo℞ igni succēdit: q2 illa iā nō solū aīe: sed caro quoq3 in qua habitauerant eterna gehēne flāma cruciātur. ORIGE. Uel ciuitas impio℞ est s̄m vnūquodq3 dogma ⁊gregatio eo℞ q ⁊ueniūt in sapiētia pncipū huius seculi quā succēdit rex ⁊ exterminat q̄si ex malis edificationib⁹ cōsistentē. GREGO. Sed his q inuitātē se ⁊tēni ⁊spic: filij sui nuptias vacuas nō hēbit. quē eq3 enī sermo dei inuēturus est vbi requiescat. vn̄ subdit̄. Tunc ait seruis suis. ORIGE. Idest ap̄lis aut angelis q ppositi erāt in vocatione gētiū. Nuptie qdē parate sūt. REMI. Idest oē sacramētū hūane dispēsatiōis iā pactū atq3 cōpletū ē. Sed q inuitati erāt. i. iudei nō fuerūt digni: q2 dei iusticiā ignorātes ⁊ suā statuere volētes idignos se iudicauerūt eterne vite. Reprobato ergo iudaico pplo ad has nuptias gentilis populus est suscept⁹. vn̄ seq̄t: Ite ergo ad exi. viarū ⁊ quoscunq3 inueneritis vocate ad nuptias. HIERO. Gentiū. n. pplus nō erat i vijs s3 i exitib⁹ viar℞. REMI. Qui sūt errores gentiliū. CHRY. sup matth. Uel vie sūt oēs pfessiones huius mūdi: vtputa ph̄ie militie ⁊ huiusmodi. Dicit ergo: Ite ad exitus viar℞ vt cuiuslibet ⁊ditiōis hoīes vocent ad fidē: adhuc sicut castitas via est q̄ ducit ad deū: sic fornicatio via est que ducit ad diabolū ⁊ sic de alijs v̄tutib⁹ ⁊ vitijs. Iubet ergo vt cuiuscūq3 ⁊uersatōis vl' ⁊ditōis hoīes inuitēt ad fidē. HYLA. Per viā etiā tēp⁹ seculi intelligēdū est atq3 iō ad exit⁹ viar℞ iubent̄ ire: q2 oībus retroacta donant̄. GREGO. Uel aliter in scriptura sacra vias actiōes accipim⁹. Exit⁹ viarū itelligim⁹ defect⁹ actionū q2 illi plerūq3 facile ad deū veniūt quos i terrenis actiōib⁹ pspa nulla comitant̄. ORI. Ul' aliter. Puto hāc pmā vocatiōez fuisse ad nuptias aliq̄℞ igēua℞ aīa℞. Pricipalr. n. ds vl't vēire ad ppulatōez diuini eloquij: eos q ad itelligēdū sūt igēiosiores s3 q̄ā h3 sunt nolūt ad istā vocatiōez venire: transmittunt̄ alij sui puocātes eos ⁊ pmittētes q si venerit: pcipiēt prādiū patū a rege. Sicut. n. i corpalib⁹ alia ē q̄ nubit sponsa. alij inuitatores. alij q inuitāt̄ ad nuptias: sic oē⁹ scit diuersos ordines aīarū: earūq3 virtutes ⁊ cās: ob q̄s hi qdē in cōstitutiōe spōse accipiūtur: alij in ordie s̄uo℞ vocātiū: alij i numero iuitato℞ ad nuptias. S3 q pricipaliter qdē fuerāt inuitati primos inuitatores q̄si paupes sensu neglexerūt ⁊ abierūt sua sequētes: in qb⁹ magis sūt delectati q̄3 in his q̄ rex p seruos suos pmittebat: s3 hi leuiores sūt his q seruis trāmissis iniuriant̄ ⁊ iterficiūt: q. s. ppratiōe ⁊tēciosō℞ v'bo℞ ausi sūt tenuisse s̄uos missos q nō sūt pparati ad soluēdas q̄ōnes eo℞ v'sutas ⁊ ⁊tumelijs afficiūt̄ vel iterficiūt̄ ab eis. Seqt. Et egressi s̄ui ei⁹ in vias cōgregauerūt oēs quos inuenerūt ma. ⁊ bonos. ORIGE. Egrediētes serui siue oē iudea ⁊ hierl'm ap'li xp̄i: siue ab iteriorib⁹ angeli sancti: ⁊ venientes ad vias diuersas diuerso℞ mo℞ ⁊gregauerūt quoscūq3 inuenerunt. Et non curant vtrū aliq̄ ante vocationem mali fuerint aut boni. bonos autē intelligere hic simpliciter cōuenit humiliores ⁊ rectiores ex eis qui veniebāt ad cultum dei. quibus cōueniebat qd̄ ap'ls ait. Cum gentes q legē nō hn̄t ea q̄ legis sunt faciūt ipsi sibi sunt lex. HIERO. Inter ipsos. n. gentiles infinita est diuersitas: cū alios sciam⁹ eē pcliuiores ad vitia. alios ad honestatē mo℞ virtutib⁹ deditos. GREGO. Uel hoc dicit: q2 in hac ecclesia nec mali sine bonis. nec boni sine malis eē pñt. bon⁹ aūt non fuit q malos tolerare recusauit. Seqtur: Et iplete sūt nuptie discūbētiū. ORIGE. Nuptie. s. xp̄i ⁊ ecclesie sūt iplete. dū restituū deo q̄ ab ap'lis sūt iuēti recubuerunt ad epulādū in nuptijs: s3 qm̄ bonos ⁊ malos oportuit qdē3 vocari nō āt vt mali pmanerēt mali. s3 vt deponerēt vestimēta ⁊tra nuptijs ⁊ iduerēt nuptialia idumenta. s. viscera misericordie benignitatis ⁊c. Iō rex egredit̄ vt videat discūbētes priusquā opponat̄ eis prādiū vt retineat hn̄tes nuptialia vestimēta ⁊ delectet: cōdēnet q3 ⁊trarios. vn̄ seq̄t. Intrauit aūt rex vt videret discūbentes. CHRY. sup mat. Nō q2 alicubi ipse nō ē: s3 vbi vult p iudiciū aspicere ibi dr̄ psens. vbi āt nō vult: absens v̄r. Dies āt aspectiōis est dies iudicij: qm̄ visitatur⁹ ē christianos qui sup mēsā3 scripturarū recūbūt. ORIGE. Ingrediēs āt iuēit quēdā q nō mutauerat pprios mores. vn̄ seq̄t: Et vidit ibi hoīe3 nō vestitū veste nuptiali. Sigulariter dixit q2 vni⁹ sūt generis oēs q s̄uāt maliciā p⁹ fidē quā habuerāt an̄ fidē. GREGO. Quid āt debem⁹ itelligere p nuptialē vestē nisi charitatē: q2 hāc in se dn̄s habuit: dū ad sociāde sibi ecclesie nuptias veniret. Intrat ergo ad nuptias: s3 sine veste nuptiali: q in ecclesia fidē h3: s3 charitatē nō h3. AUGU. ⁊ faustū. Ul' sine veste nuptiali nuptias adit q q̄rit ibi gloriā nō spōsi s3 suā. HILA. Uel vestis nuptialis ē gratia spiritussancti ⁊ cādor habit⁹ celestis q bone iterrogatiōis cōfessiōe susceptus vsq3 in cetū regni celo℞ imaculat⁹ ⁊ integer ē reseruādus. HIERO. Uel vestis nuptialis p̄cepta sūt dn̄i ⁊ opera que complent̄ ex lege ⁊ euangelio nouūq3 hominis efficiunt vestimentum quod qui in die iudicij iuēt⁹ fuerit sub nomine christiano nō habere. statī3 corripitur vnde sequitur. Et ait illi. Amice quomodo huc intrasti nō habens vestem nuptialem: Amicum vocat: q2 est inuitat⁹ ad nuptias quasi sit amicus per fidem: Arguit autē3 impudētie q vestē sordida mundicias pollueric nuptiales. ORIGE. Et qm̄ qui peccat ⁊ non induit dn̄m iesum xp̄m: nō h3 excusationē aliquā. iō seq̄tur: At ille obmutuit. HIERO. In tēpore enī illo nō erit locus ipudentie: nec negandi facultas cum omnes angeli ⁊ mundus ipse testes sint peccato℞. GREGO. Nō aūt solū reiectus est a nuptijs qui iniuriā nuptijs fecit. sed adhuc a ministris regis super vincula cōstitutis ligatus incessiōe qua non est vsus ad bonum ⁊ apphensoria virtute qua nullum opus ad bonum impleuit: cōdemnatus est in loco ab omni lumine alieno qui vocātur tenebre exteriores. vnde sequitur. Tūc rex dixit ministris Liga. ma. ⁊ pe. mit. eum in tene. exteriores. GREGO. Ligātur tunc pedes ⁊ manus per districtionem s̄nīe q modo a prauis operib⁹ ligari noluerūt per melioratione vite: vel tūc ligat pena quos modo a bonis operibus ligauit culpa. AUGU. xi. de tri. Prauarum vero atq3 distortarū volūtatū iplicatio vinculū est quo alligat̄ qui hoc ait: Ut proyciat̄ in tenebras exteriores. GREGO. Interiores āt tenebras dicim⁹ cecitatē cordis: exteriores v'o tenebras eternā noctē dānatiōis. CHRY. sup mat. Uel per hoc designatur dr̄ia tormētorum in peccōribus. Sunt. n. prime tenebre exteriores: interiores aūt minores ⁊ nouissima loci. Seqtur. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. HIERO. In fletu oculo℞ ⁊ stridore dētiū per methaphorā mēbrorū corporaliū magnitudo ondit̄ tormēto℞. Man⁹ quoq3 ligatas ⁊ pedes: fletū oculo℞ ⁊ stridorē dētiū. ad cōprobādā resurrectionis itellige veritatē. GREGO. Ut illic dētes strideant qui de edacitate gaudebāt: illic oculi defleant qui h̄ per illicitas cōcupiscētias versabantur. quaten⁹ singula mēbra supplicio subiaceant que hic singulis qbusq3 vitijs subiecta s̄uebāt. HIERO. Et q2 icōuiuio nupti

ali nō initiū ſ3 finis queritur. Subditur. Multi enī ſūt vocati pauci vero electi. HYLA. In inuitatione enim ſine exceptione publice bonitatis humanitas ē: in inuitatis vero vel vocatis ō iudicio meritoꝝ ꝓbitatis electio ē. GREGO. Nōnulli enī bona nec incipiūt. nōnulli vero in bonis q̄ īceꝑūt minime ꝑſiſtūt. Tanto ergo ſibi vnuſqſq3 ſollicite metuat: q̄to ignorat q̄ reſtāt. CHRY. ſup matth. Uel aliter Quotiēs deus tētat eccleſiā ſuā3 ingredit̄ ad eā vt videat diſcūbentes: ꝛ ſi inuenerit aliquē nō habētē3 veſtē nuptialē interrogat eū vt q̄d fact⁹ es chriſtian⁹ ſi hec opa diligebas? Talē ergo xp̄s tradit miniſtris ſuis. i. aliqb⁹ magiſtris ſeductionis. ꝛ ligant manus eius. i. opa. ꝛ pedes. i. mot⁹ aīe ꝛ mittunt eū in tenebras. i. i errores vel gentiū vel iudeoꝝ vel hereſim. propinqores enī ſunt tenebre gentiliū: quia veritatē ſpemūt quā nō audierūt: ſed exteriores iudeoꝝ q audierūt: ſed non crediderunt: ſed magis exteriores hereticoꝝ qui audierunt ꝛ didicerunt.

¶ Tūc abeūtes pharisei ꝯſiliū inierūt vt caperent eū ī ſmōe. Et mittūt ei diſcipulos ſuos cū herodianis dicētes. Magr̄: ſcimus q2 verax es ꝛ viā dei ī veritate doces: ꝛ nō ē tibi cura de aliquo. Non enī reſpicis ꝑſonā hoīu3. Dic ḡ nob̄ q̄d tibi videtur: Licz cēſū3 dari ceſari an nō? Cognita aūt ieſus neq̄tia coꝝ ait. Quid me tētatis hypocrite? Oſ̄dite mihi nūmiſma cēſus. at illi obtulerūt ei denariū. ꝛ ait illis ieſus: Cuius ē imago hec ꝛ ſuꝑſcriptio? Dicūt ei: Ceſaris. Tūc ait illis: Reddite ergo q̄ ſūt ceſaris ceſari: ꝛ q̄ ſūt dei deo. Et audientes mirati ſunt: ꝛ relicto eo abierunt.

CHRY. ſuper matheū. Sicut ſi aliqs claudere voluerit aque currentis meatu3 ſi excluſa fuerit per aliquā violētiā: aliunde ſibi ſemitā querit: ſic iudeoꝝ malignitas ex vna parte ꝯfuſa. aliū ſibi aditū adinuenit. vñ dr̄. Tunc abeū. pharisei ꝯſili. inie. vt ca. eū in ſermōe. Abierūt iquā ad herodianos Quale ꝯſiliū tales ꝛ cōſiliatores. ꝛ iō ſeqt̄. Et mittūt ei diſcipu. ſu. cū herodianis. GLO. Tanq̄ ignotis vt facili⁹ deciperent ꝛ ꝑ eos illū caperent. cū timētes turbā hoc ꝑ ſe non ꝑſumerēt facere. HIERO. Nuꝑ q̄dē ſub ceſare augu. iudea ſubiecta romāis: q̄n ī toto orbe ē celebrata ōſcriptio ſtipēdiaria fcā fuerat. Et erat ī ꝑplo magna ſeditio: dicētib⁹ aliis ꝓ ſecuritate ꝛ gēte q̄ romāi ꝓ oib⁹ militarēt: ōbere tributa ꝑſolui. Phariſeis vō q ſibi applaudebāt ī iuſticia: e ꝯtrario nitētib⁹ ñ dēre populū dei q̄ dcīas ſolueret. ꝛ ꝑmitias daret: ꝛ cetera q̄ in lege ſcripta ſūt: hūanis legib⁹ ſubiacere. Ceſar aūt auguſt⁹ herodē filiū antipatris alienigenā ꝛ ꝓſelitū regē iudeis ꝯſtituerat: q tributis p̄eſſet ꝛ romano pareret imperio: Mittūt igit̄ pharisei diſcipulos ſuos cū herodianis idest militib⁹ herodis. ſeu quos illudētes pharisei q2 romanis tributa ſoluebāt: herodianos vocabāt. ꝛ nō diuino cultui deditos. CHRY. in ho. Propter hoc āt ſuos diſcipulos ꝛ herodis milites ſimul mittūt: vt quodcūq3 dixerit reprehēdat̄. cupiebāt. n. magis aduerſu3 herodiāos eū aliq̄d dicere. q2. n. eū detinere timebāt ꝑꝑ turbas voluerūt ei piculum imittere ex hoc ꝙ eſſet publicis tributis obnoxius. CHRY. ſup matth. Hec ē aūt hypocritaꝝ p̄ria ſimulatio: q2 laudāt quos ꝑdere volūt. Et iō in laudē ꝓrūpūt dicētes. Magiſter ſcim⁹ q2 verax es: Magiſtrū eū vocāt vt q̄ſi honorat⁹ ꝛ laudat⁹ myſteriū ſui cordis ſimplr̄ eis apiat tanq̄ volēs eos hēre diſcipulos. GLO. Tripliciter aūt ꝯtingit aliquē veritatē ñ docere. Primo ex pte ipſi⁹ docētis: q2. ſ. vitatē vl̄ nō nouit: vel nō amat. ꝛ ꝯ hoc dicūt. Scim⁹ q2 verax es. Scdo ex parte dei. cui⁹ timore poſtpoſito q̄dā vitatē de deo quā nouerūt: nō pure ānūciāt. ꝛ ꝯ hoc dicūt. Et viā dei in vitate doces. Tertio ex pte ꝓximi: ex cui⁹ timore vel amore aliqs vitatē tacet. ꝛ ad hoc excludēdū dicūt. Et non eſt tibi cura de aliquo. ſ. hoīe: nō. n. reſpicis ꝑſonam hoīum.

CHRY. in ho. Hoc de herode ꝛ ceſare occulte inſinuabāt. HIERO. Blāda q̄dē ꝛ fraudulēta iterrogatio illuc ꝓuocat rñdētē vt magis deū q̄3 ceſarē timeat. vñ dñt. Dic ergo nobis q̄d tibi vi. li. cēſu3 dari ceſari an nō? Ut ſi dicat nō dēre tributa ſolui: ſtati audiētes herodiāi ſeditiōis reū ꝯ romanū ꝑncipē eū teneāt. CHRY. ī ho. Quia. n. ſciebāt ꝙ q̄dā hāc diſcordiā meditātes occiſi erāt: volebāt ꝛ ipſu3 ꝑ ſmones hos in talē ſuſpitionē īmittere. Seqt̄. Cognita āt ie. neq̄. coꝝ ait. Quid me tēta. hypocrite? CHRY. ſup matth. Nō ſm ſmones coꝝ pacificos blāde rñdit: ſed ſm cōſciētiā coꝝ crudelē aſꝑa dixit: q2 de⁹ volūtatib⁹ rñdet. nō v̄bis. HIERO. Pria ergo vt⁹ ē rñdētis: īterrogātiū mentes cognoſcere: ꝛ nō diſcipulos ſ3 tētatores vocare. hypocrita ergo vocat̄ q aliud eſt ꝛ aliud ſimulat. CHRY. ſuper matth. Dicit ergo eis hypocrite: vt ꝯſiderātes eū hūanoꝝ cordiū cognitorē q̄ facere cogitabāt pficere nō auderent Uide ḡ ꝙ pharisei blādiebāt̄ vt ꝑderēt: ſ3 ieſus eos ꝯfūdebat vt ſaluaret: q2 vtilior ē hoi de⁹ irat⁹ q̄3 hō ꝓpiti⁹. HIERO. Sapientia. n. ſꝑ ſapiēter egit: vt ſuis potiſſimū tētatores ſmonib⁹ ꝯfutent̄. Et iō ſequit̄. Oſ̄dite mihi nūmiſma cēſus. At illi obtulerūt ei denariū. Hoc gen⁹ nūmi ē q̄ pro decē nūmis cōputabat̄: ꝛ hēbat imaginē ceſaris. vñ ſequit̄ Et ait illis ieſus. Cui⁹ ē imago hec ꝛ ſupſcriptio? Qui putāt īterrogationē ſaluatoris ignorātiā eē ꝛ nō diſpenſationē: diſcāt ex p̄ñti loco ꝙ vtiq3 poterat ſcire ieſus cui⁹ imago eſſet ī nūmo. Seqt̄: Dñt ei: Ceſaris. Ceſarē ñ putem⁹ auguſtū ſ3 tyberiū ꝑ̄ugnu3 cū ſignificari ſub quo ꝛ paſſus ē dñs. Oēs āt reges romani a p̄mo caio ceſare. q īꝑiu3 arripuerat: ceſares appellant̄. Seqt̄. Reddite ergo q̄ ſunt ceſaris ceſari. i. nūmū: tributū ꝛ pecuniā. HILA. Si. n. nihil q̄ ceſaris ē penes nos reſederit: ꝯditiōe reddēdi ei q̄ ſua ſūt nō tenebimur. Porro aūt ſi reb⁹ illi⁹ incūbam⁹: ſi iure ptātis ſue vtimur: extra q̄relā iniurie eſt reddere ceſari quod ceſaris eſt.

CHRY. Tu aūt cū audieris: Redde que ſūt ceſaris ceſari: illa ſcito eū dicere ſolū: q̄ in nullo pietati nocēt: q2 ſi aliq̄d tale fuerit nō adhuc ceſaris ē: ſ3 diaboli tributū. Deinde vt non dicant q̄ñ hominib⁹ nos ſubycis. ſubdit. Et q̄ ſunt dei deo. HIERO. i. decimas. ꝑmitias: oblatiōes: ꝛ victimas: ſicut ꝛ ipſe dñs reddidit ceſari tributa pro ſe ꝛ petro: ꝛ deo reddidit q̄ dei ſunt patris faciēs volūtatē. HILA. Deo ēt q̄ eius ſunt reddere nos oꝫ. i. corpus ꝛ aīam ꝛ voluntatem. Nūmiſma. n. ceſaris in auro ē in quo eſt eius imago depicta. Dei. āt nūmiſma hō ē in quo ē dei imago figurata iō diuitias veſtras date ceſari: deo aūt inocētie veſtre conſcientiā ſeruate. ORIGE. Ex hoc loco diſcimus ſaluatoris exēplo vt nō his q̄ a multis dicunt̄: ꝛ ꝑpterea glorioſa videntur: occaſiōe pietatis attēdam⁹: ſ3 q̄ cōuenienter ſm ordinē rōnis dicūtur: Poſſumus aūt ꝛ moraliter ītelligere locū iſtū: q̄m debemus corpori quedā dare q̄ſi tributū ceſari. i. neceſſaria: Quecūq3 aūt ſunt cōuenientia aīarum nature. i. ea que ducunt ad virtutē: debemus deo offerre. qui ergo ſupra modū docent legem dei: ꝛ de rebus debitis corpori nihil curare precipiunt: ſunt pharisei qui reddere ceſari tributū vetabant: ꝓhibētes. ſ. nubere ꝛ abſtinere a cibis quos deus creauit. q vero ſupra modum eſtimāt oportere corporibus īdulgere: ipſi ſunt herodiani. Saluator aūt nr̄ vult vt nec virt⁹ minoret̄ dū ſupra modū carni ſeruimus: nec carnis nā grauet̄ dū abūdāti⁹ v̄tutib⁹ adherem⁹. Uel princeps mūdi. i. diabol⁹ dr̄ ceſar: nō. n. poſſum⁹ reddere deo q̄ dei ſūt niſi pri⁹ reddiderim⁹ ꝑ̄cipi q̄ ſūt ſua. i. niſi dpoſuerim⁹ malitiā vniuerſa3: Hoc ēt diſcam⁹ ex loco p̄ñti ꝙ ꝯ tētantes nec oīno tacere debemus nec ſimplr̄ rñdere: ſed circūſpecte vt precidam⁹ occaſionē querētiū in nobis occaſio

nẽ ꝛ vocemꝰ irreprehẽsibilr q̃ pñt saluare volẽtes saluari.
HIE. Qui ãt credere debuerãt ad tãtã sapiaꝫ mirati sũt q calliditas coꝝ isidiandi nõ inuenisset locũ. vnde sequit: Et audientes mirati sunt ꝛ relicto eo abierũt. Infidelitatẽ pariter cũ admiratione reportantes.

¶ In illa die accesserũt ad eũ saducei qui dicunt non esse resurrectionem ꝛ interrogauerũt eum dicentes Magister: moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filiũ: vt ducat frater eius vxorem illius ꝛ suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres: ꝛ primus vxore ducta defunctus est: ꝛ non habens semẽ reliqt vxorẽ suã fratri suo. Similiter secũdus ꝛ tertius vsqꝫ ad septimũ. Nouissime aũt oĩuꝫ ꝛ mulier defuncta ẽ: In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor: Oẽs enim habuerunt eã. Rñdens autẽ iesus: ait illis: Erratis nescientes scripturas neqꝫ virtutem dei. In resurrectione enim neqꝫ nubẽt neqꝫ nubent: ſꝫ erunt sicut angeli dei in celo. De resurrectiõe autẽ mortuorum nõ legistis qđ dictum est a deo dicẽte vobis: ego sum deus abraam: ꝛ deus isaac: ꝛ deus iacob. Non est deus mortuorum sed viuentium. Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius.

CHRY. in hom. Discipuli autem qui quando detentus est dominus pmanserunt: quando hec locutus est ad turbas: fugerunt. vnde sequitur. Tunc discipuli oēs relicto eo fugerunt. sciebant enim quoniā iam non erat possibile effugere eo se volūtarie illis tradente. REMI. In hoc tamē facto demonstratur fragilitas apostolorum: qui enī de ardore fidei promiserant se mori cum eo: nūc timore fugiunt immemores sue pmissionis: quod etiā videmus ipleri ī his qui p amore dei magna se pmittunt facturos ꝛ postmodū non implent: non tamen desperare debent: sed cum apostolis resurgere: ꝛ per penitentiam resipiscere. RABA. Mystice aūt sicut petrus qui culpam negationis penitentie lachrimis abluit: recuperationē eoꝝ ostendit: qui ī martyrio labuntur: ita ceteri discipuli fugiētes cautelam fugiēdi docent eos qui se minus idoneos ad tollerāda supplicia sentiunt. Sequitur. At illi tenentes iesum duxerunt ad cayphā principem sacerdotum. AVGV. de con. euan. Sed tamē primo ad annam ductus est soceꝝ cayphe sicut ioannes dicit: Ductus est autē ligatus cum adessent ī illa turba tribunus ꝛ cohors. vt ioannes cōmemorat. HIERO. Refert autē iosephus istum caypham vnius tm̄ anni pontificatū precio redemisse cum tamen moyses deo iubēte pceperit: vt pontifices patrib⁹ succederent ꝛ generatōis in sacerdotibus series texeretur. non ergo mirum est si iniquus pontifex iniq̄ iudicet. RABA. Cōuenit etiā nomē actiōi cayphe: idest inuestigator vel sagax ad implendam suam nequitiā vel vomens ore. quia impudēs fuit ad proferendum mendacium: ꝛ ad perpetrandum homicidium. Ideo autem illuc eum adduxerunt vt cum consilio omnia facerēt. Unde seqr̄: Ubi scribe ꝛ pharisei ꝛ seniores cōuenerāt. ORIGE. Ubi cayphas ē princeps sacerdotū illic congregantur scribe idest litterati: qui presunt littere occidenti ꝛ seniores non in veritate: sed in vetustate littere. Sequitur: Petrus autē sequebatur eum a longe. Non enim poterat de proximo eum sequi sed de longinquo: nec tamē omnino recedens ab eo.

CHRY. in ho. Multus enim erat feruor petri: qui cum alios fugientes vidisset: non fugit: sed stetit ꝛ intrauit. Si autem ꝛ ioannes intrauit: tamen notus erat principi sacerdotum. Longe autem sequebatur: quia erat dominum negaturus. REMI. Neqꝫ enim negare potuisset si domino pximus adhesisset. Per hoc etiam significatur ꝙ petr⁹ dominum ad passionem euntem erat secuturus. i. imitatur⁹.

AVGV. de concor. euan. Significatur etiam ecclesiam secuturam quidem hoc est imitaturam passiones domini: sed longe differenter. ecclesia enim pro se patitur: at ille pro ecclesia. Sequitur: Et ingressus intro sedebat cū ministris vt videret finem. HIERO. Uel amore discipuli: vel humana curiositate scire cupiebat quid iudicaret de dn̄o pontifex: vtꝝ eū neci addiceret: an flagellis cesū dimitteret.

¶ Principes aūt sacerdotū: ꝛ omne consilium querebant falsum testimonium contra iesū: vt eum morti traderent: ꝛ non inuenerūt: cū multi falsi testes accessissent. Nouissime aūt venerūt duo falsi testes ꝛ dixerunt: Hic dixit: Possū destruere templum dei: ꝛ post triduū reedificare illd. Et surgens pīceps sacerdotum ait illi: Nihil respondes ad ea que isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per deum viuum: vt dicas nobis si tu es christus filius dei. Dixit illi iesus: Tu dixisti. Uerumtamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis sedentē a dextris virtutis dei: ꝛ venientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiā. Quid vobis videtur? At illi rn̄dentes dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerunt ī faciem eius: ꝛ colaphis eum ceciderunt. alij autem palmas in faciē eius dederunt dicentes: prophetiza nobis christe quis est qui te percussit.

CHRY. in home. Congregatis principibus sacerdotum: ꝛ tota pestilentie conuenticula volebant suis insidijs iudicij formam imponere. vnde dicitur. Principes autē sacerdotum ꝛ omne consilium querebant falsum testimonium contra iesum vt eum morti traderent. Sed ꝙ fictum erat iudicium. ꝛ omnia tumultus ꝛ turbationis plena: manifestatur per hoc quod subditur. Et non inuenerunt cum multi falsi testes accessissent. ORIGE. Falsa enim testimonia tunc locum habent quando cum colore aliquo proferūtur. Sed nec color inueniebatur qui posset contra iesum adiuuare mendacia: quamuis essent multi gratiam tribuere volentes principibus sacerdotum quod maximā laudem exhibet iesu: qui sic omnia irreprehensibiliter dixit ꝛ fecit: vt nullam verisimilitudinem inuenirēt in eo reprehēsionis ꝛ mali ꝛ multi astuti. Sequit̄: Nouissime autē venerunt duo falsi testes ꝛ dixerūt. hic dixit: possum destruere templum dei. ꝛ post triduum reedificare illud. HIERO. Quomō autem falsi testes sunt si ea dicunt que dominum dixisse legimus? Sed falsus testis est qui non eodem sensu dicta intelligit: quo dicuntur. dominus enim dixerat de templo corporis sui: ꝫ in ipsis verbis calumniātur: vt paucis additis vel mutatis quasi iustam columniam faciant. Saluator dixerat Soluite templū hoc. isti commutant ꝛ aiunt. Possū destruere templum dei. Uos inquit soluite: non ego quia illicitum est vt nobisipsis inferamus manus. deinde illi vertunt Et post triduū reedificare illud: vt proprie ð templo iudaico dixisse videretur. dominus autē vt ostenderet animale et spirans templum dixerat Et ego in triduo suscitabo illud. aliō est edificare aliud suscitare. CHRY. in home. Sed quare non attulerunt in medium accusationem de solutione sabbati? quia multotiens eos super hoc cōfutauerat. HIERO. Ira autem preceps ꝛ impatiēs non inueniens columnie locum excutit de solio pontificem: vt vesaniam mentis motu corporis demonstraret. vnde sequitur. Et surgēs princeps sacerdotū ait illi. Nihil rn̄des ad ea que isti aduersū te testificātur? CHRY. in ho. Hoc aūt dixit volens ab eo inexcusabilem rn̄sionē elicere: vt ex ipsa eū capiat. Inutilis autē erat excusationis responsio: nullo eā exaudiente. Et ideo sequitur: Iesus autē tacebat. Etenī solum figura iudicij ibi erat: ī veritate autē latronum erat incursus sicut in spelūca. ꝛ ideo silet. ORIGE. Ex hoc autē loco discim⁹ contēnere calūniantiū ꝛ falsoꝝ testiū voces. vt nec responsione dignos eos habeam⁹ qui non cōuenientia dicunt aduersus nos: maxime vbi maius ē libere ꝛ fortiter silere: ꝙ̄ defendere sine vllo pfectu. HIERO. Sciebat. n. q̄si deus ꝙcqd dixisset torquendū ad calūniā. Quanto ergo iesus magis tacebat ad indignos rn̄sione sua falsos testes ꝛ sacerdotes impios: tanto magis pōtifex furore superatus eū ad rn̄dendum puocat: vt ex qualibet occasiōe sermonis locum inueniat accusādi. vn̄ seqtur: Et pnceps sacerdotū ait illi: Adiuro te per deū viuū vt di. no. si tu es chri

stus filius dei. ORIGE. In lege quidé adiurádi vsū aliquotiens inuenim⁹. Estimo aūt q̄ nō oportet vt vir q̄ vult fm euāgeliū viuere adiuret alterū. Si.n. iurare nō licet: nec adiurare: sꝫ ꝗ respicit iesū imperātē demonib⁹ ꝛ potestatē datē discipulis sup demonia: dicet q̄ fm ptātem datā a saluatore nō est adiurare demonia. Princeps aūt sacerdotū peccatū faciebat insidiās iesu: ꝛ ideo imitabat̄ ꝓpriū prez. qui his dibic iterrogauit saluatorē. Si tu es xp̄s filius dei. vnde quis recte dicere potest q̄ñ dubitare de filio dei vtrum ipse sit christus opus diaboli est. Non decebat aūt dn̄m ad adiurationem p̄ncipis respōdere sacerdotū quasi viui passum. ꝓpter quod nec denegauit se filium dei esse: nec manifeste cōfessus est. vnde seqtur: Dicit illi iesus. tu dixisti. Nō eni erat dignus christi doctrina: ꝓpterea non eū docet: sed verbum oris eius accipiens: in redargutionē ipsius conuertit. Sequit̄. Ueruntamē dico vo. amodo. vide. filiū homi. sedentē a dex. vir. dei. Uidetur mihi q̄ñ firmitatē quandam regalem significat sessio filij hois. iuxta virtutē ergo dei q̄ solus est virtus. fundatus est qui accepit omnem potestatē a patre sicut in celo ꝛ in terra. Erit autem quando hanc fundationē videbūt etiā aduersarij q̄ a tempore dispēsatiōis incepit impleri. Uiderunt.n. eius discipuli eum resurgentē a mortuis: ꝛ ꝑ hoc viderūt eū fūdatū ad dexterā vītutis. Ul' q̄ꝛ fm longitudinē sempiternā que ē apud deum a constitutione mūdi vsqꝫ ad finē ē vnus dies. Nihil ergo mirum q̄ hic dicit saluator. Ammodo. spacium est breuissimuꝫ vsqꝫ a finem ostendēs: ꝛ non solū sedenteꝫ eū ad dexterā virtutis visuros ꝓphetabat: sed etiam venientē in nubibus celi vnde seqtur: Et veni. in nubibus celi. He nubes sūt ꝓphe ꝛ apostoli christi: quibus mandat pluere cū oportet: ꝛ sunt nubes celi nō trāseuntes: quasi portantes imaginē celestis: ꝛ digne sūt vt sint sedes dei quasi heredes dei ꝛ coheredes xp̄i. HIERO. Pōtificē autē quē de solio sacerdotali furor excusserat: eadem rabies ad scindēdas vestes ꝓuocat. vnde sequit̄: Tunc p̄nceps sacerdotū scidit vestimenta sua dicens: Blasphemauit. Consuetudinis.n. iudaice est. q̄ cū aliquid blasphemium ꝛ q̄si contra deū audierit: scidant vestimēta sua. CHRY. in homi. Hoc igit̄ fecit vt accusationē redderet grauioreꝫ: ꝛ qd̄ vbis dicebat: factis extolleret. HIERO. Per hoc aūt q̄ scidit vestimēta sua ondit iude os sacerdotalē gloriā ꝑdidisse: ꝛ vacuaꝫ sedē hēre pōtificis. Dū.n. vestē sibi discidit: ipsū quo tegebat̄ velamentū legis abrupit. CHRY. in ho. Cuꝫ ergo scidisset vestimēta sua: nō fert sniaꝫ a seipso sed ab alijs eā exqrit dicēs: Quid vob videt̄: Sic in cōfessis peccatis ꝛ blasphemia manifesta fieri solet: ꝛ q̄si cogēs ꝛ violētiā iferēs ad sniam ꝓferēdā p̄uenit auditorē dicēs: Quid adhuc egem⁹ testib⁹: Ecce nūc audi. blasphemiā. Que āt fuit illa blasphemia: Eteni ante eis cōgregatis dixerat: Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. ꝛ interpretatus est eis ꝛ siluerūt. nec de cetero cōtradixerūt: qualiter ergo nūc quod dictū ē blasphemiā vocant: Sequitur: At illi respōdētes dixerūt: Reus est mortis. Ipsi accusantes: ipsi discutiētes: ipsi sententiā ꝓferētes. ORIGE. Quantum putas fuit erroris: ipsam p̄ncipalē oīuꝫ vitā reā mortis ꝓnunciare: ꝛ per tantorū resurgentium testimonia non respicere fontem vite de quo in omnes resurgentes vita fluebat. CHRY. in ho. Ut aūt venationē inuenientes itasuam demonstrabant ebrietatē: ꝛ insania ferebant̄. Sequitur. Tūc expue. i fa. ei⁹: ꝛ cola. eū ceciderūt. HIERO. Ut compleretur quod dictū est: Dedi maxillā meā alapis: ꝛ faciem meā nō auerti a confusione sputoꝝ. Seqtur: Alij autē pal. in faci. eius dede. dicen. Prophetiza no. christe. qs est qui te percussit. GLO. In cōtumeliam ei hoc dicit̄: qui se ꝓphetam haberi voluit a populis. HIERO. Stultum autem erat verberantibus respōdere ꝛ prophetare cedentem. cum palam percutiētis insania videretur. CHRY. in ho. Attēde aūt q̄ euāgelista cū summa diligētia ea q̄ videt̄ eē exprobratissima exponit: nihil occultās aut verecūdans sed gloriā existimās maximā dominatorē orbis terraꝝ pro nobis talia sustinere. Hoc aūt legamus cōtinue: hoc nostre mēti inscribamus ꝛ in his gloriemur. AVGV. de q. euā. Quod āt dictū est: Expuerunt in faciē eius: significauit eos qui presentiam gratie eius respuunt. Item tanq̄ꝫ colaphis eum cedunt: qui ei honores suos preferunt. Palmas in faciem eius dant: qui perfidia excecati eū nō venisse affirmāt: tanq̄ꝫ presentiam eius exterminantes ꝛ repellentes.

¶ Petrus vero sedebat foris in atrio: ꝛ accessit ad eum vna ancilla dicens: Et tu cum iesu galileo eras. At ille negauit coram oibus dicens: Nescio qd dicis. Exeūte aūt illo ianuā: vidit eū alia ancilla: ꝛ ait his q̄ erāt ibi: Et hic erat cū iesu nazareno. Et iterū negauit cū iuramēto: quia nō noui hoiem. Et post pusillū accesserūt qui stabāt ꝛ dixerunt petro: Uere tu ex illis es. Nā ꝛ loquela tua manifestum te facit. Tunc cepit detestari ꝛ iurare: quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est petrus verbi iesu quod dixerat: priusq̄ꝫ gallus cātet ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.

AVGV. de cō. euā. Inter ꝑdictas dn̄i cōtumelias trina negatio petri fcā ē. quā nō oēs euangeliste eodē ordine narrant. Lucas.n. explicat prius tentationē petri: nūc demuꝫ cōtumelias dn̄i. Sed mattheus ꝛ marc⁹ eas p̄mo cōmemorāt: ꝛ deide petri tētationē. Sic.n. hic sequit̄. Petrus vero sedebat foris i atrio. HIERO. Foris sedebat vt videret exitū rei. ꝛ nō appropinquabat iesu ne ministris aliq̄ suspicio nasceretur. CHRY. in ho. Et q quādo detentū magistrū vidit solū: ita efferbuit vt gladiū euaginauerit: ꝛ auriculaꝫ absciderit. quādo cōtumelias christi audiuit negator efficitur: ꝛ vilis puelle minas nō sustinet. Seqtur enim: Et accessit ad eū vna ancilla dicens: Et tu cuꝫ iesu gali. eras. RABA. Quid sibi vult quia prima eum prodit ancilla cum viri magis eū potuerint recognoscere: nisi q̄ iste sexus peccare i nece domini videretur: ꝛ eius passione redimeretur. Seqtur: At ille negauit corā oib⁹ dicens: Nescio qd dicis. Palā corā oibus negauit: q̄ꝛ se manifestare expauit quod dicebat̄ se nescire: rn̄dit: q̄ꝛ ꝓ saluatore adhuc mori noluit. LEO papa in ser. de pas. Ob hoc autē sicut apparet hesitare ꝑmissus est: vt i ecclesie principe remediū penitētie cōderet̄: ꝛ nemo auderet de sua virtute cōfidere quādo mutabilitatis periculū nec beatus petrus potuisset euadere. CHRY. in ho. Non solū aūt semel sed ꝛ secūdo ꝛ tertio negat in breui tempore. vnde sequitur. Exeunte autē eo ianuam: vidit eū alia ancilla ꝛ ait his q̄ erāt ibi: Et hic erat cū iesu nazareno. AVGV. de cō. euā. Intelligit̄ āt q̄ postq̄ꝫ exijt foras cū iā semel negasset. gallus cātauit p̄mū qd̄ marcus dicit. CHRY. in ho. Ut ondat q̄ neqꝫ vox galli eum a negatione detinuit. neqꝫ i memoriam sue ꝑmissionis reduxit. AVGV. de cōcor. euā. Nō aūt foris ante ianuā iterum negauit: sꝫ cū redisset ad focū: neqꝫ eni iaꝫ exierat ꝛ foris eum vidit altera ancilla: sed cū exiret eū vidit. i. cuꝫ surgeret ꝛ exiret aiaduertit: ꝛ dixit his q̄ erant ibi. i. qui sil' aderant od ignem in atrio. Et hic erat cum iesu nazareno. Ille aūt qui foris exierat: hoc audito regressus ē: vt se quasi purgaret negando. Uel quod est credibilius: nō audiuit quod de eo dictum fuerat cum foras exiret: ꝛ posteaq̄ꝫ redijt q̄ dictum est ei qd̄ lucas commemorat. Seqtur. Et iterū negauit cum iuramento: q̄ꝛ non noui hominem. HIERO. Scio quosdā pio affectu erga apostolū petrū locū hunc ita

interp̄tatoꝝ: vt dicerent petrū hoīem negasse: nō deū: ⁊ eē sensū: Nescio hoīem: q2 scio deū. Hoc q̄z friuolū sit: prudēs lector intelligit. si. n. iste non negauit: ergo mētitus est dn̄s q̄ dixerat: Ter me negabis. RABA. In hac aūt negatiōe petri dicimus non solum abnegare christū: q̄ dicit eū3 nō esse x̄pm̄. sed qui cum sit: negat se eē christianū. AVGV. de con. euan. Nunc iam de tertia negatōe inspiciam⁹. Sequitur enī: Et post pusil. acces. qui sta. ⁊ dixe. petro: Vere et tu ex illis es. Lucas āt dixit: Interuallo facto q̄si hore vnius ⁊ vt eum conuincant: ꝯsequenter adiungūt. Nā ⁊ loquela tua manifestum te facit. HIERO. Nō quo alteri⁹ sermonis eēt petrus aut gentis externe: omnes quippe hebrei erant ⁊ q arguebāt: ⁊ q arguebāt. s3 quo vnaqueq3 ꝓuincia ⁊ regio hēat ꝓprietates suas ⁊ vernaculū loquēdi sonū vitare nō possit. REMI. Vide aūt q̄z sint noxia prauorū hominum colloquia: ipsa q̄ppe coegerūt petru3 negare dominum: quē prius confessus fuerat esse dei filium. Seq̄r enī. Tūc cepit detestari ⁊ iurare: q2 nō nouiss3 hoīe3. RABA. Nota q2 p̄mū ait Nescio qd dicis. secūdo cū iuramēto negat. tertio q2 cepit d̄testari ⁊ iurare: q2 nō nouit hoīe3. Perseuerare quippe ī peccato dat incrementū scelez: ⁊ q minima spernit cadit in maiora. REMI. Spiritualr̄ āt p hoc q̄ petrus ante p̄mū galli cantum negauit: illi designant̄ qui ante x̄pi resurrectionē nō credebāt eū esse deū eius morte turbati. Per hoc aūt q̄ post galli cātu3 negauit: illi designātur q in vtroq3 domini n̄ām: ⁊ s̄m deū: ⁊ s̄m hominē errant. Per primam aūt ancillaz designatur cupiditas: p secūdaz carnalis delectatio: per illos qui astabant: demones intelliguntur. his. n. trahunt̄ hoīes ad x̄pi negatōem. ORIGE. Vel per primaz ancillaz intelligitur synagoga iudeorum q frequenter cōpulerunt denegare fideles: per secundam cōgregatio gentium: q ⁊ persecuti sunt x̄pianos per tertios stātes in atrio: ministri heresum diuersarum. AVGV. de que. euan. Ter etiā petrus negauit. nā ⁊ error hereticorum de christo tribus generib⁹ terminat̄. Aut enī ex diuinitate: aut d̄ hūanitate: aut de vtroq3 fallunt̄. RABA. Post tertiā aūt negatōem seq̄r galli cantus. ⁊ hoc est quod subdit̄: Et conti gallus cātauit. Per quē doctor ecclīe intelligit̄ q somnolentos increpās ait: Euigilate iusti ⁊ nolite peccare. Solet aūt sacra scriptura sepe meritū cāsarum per status designare tempoꝝ. vnde petrus qui media nocte negauit: ad galli cantum penituit. vnde seq̄tur. Et recordatus ē petrus verbi iesu quod dixerat. Priusq̄3 gallus cantet: ter me negabis. HIERO. In alio euangelio legimus: q̄ post negationem petri ⁊ galli cantum respexit saluator petrū: ⁊ intuitu suo eū ad amaras lachrymas ꝓuocauit. non. n. fieri poterat vt in negationis tenebris ꝑmaneret: quē lux ꝓspexerat mūdi. vnde ⁊ hic seq̄tur: Et egressus foras fleuit amare. In atrio. n. cayphe sedens nō poterat agere pn̄iam. vnde foras egredit̄ de impioꝝ cōsilio: vt pauide negatōis sordes amaris fletibus lauet. LEO papa. Felices o apostole sancte lachryme tue: que ad diluendam culpā negatōis: vtutē sacri hūere baptismatis. Affuit enī dextra domini iesu christi q̄ labentē te p̄usq̄3 deijcereris excipet: ⁊ firmitatē stādi ī ipso cadendi periculo recepisti. cito itaq3 ad soliditatem redyt petra tanq̄3 recipiens fortitudinem: vt qui tunc in christi expauerat passione: in suo post supplicio non timeret sed cōstans permaneret.

CAPI. XXVII.

Mane aūt facto: ꝯsiliū inierūt oēs principes sacerdotū ⁊ seniores populi aduersus iesum: vt eum morti traderent. Et vinctu3 adduxerunt eū: ⁊ tradiderunt pontio pilato presidi. Tunc videns iudas qui eū tradidit q̄ dānatus esset: penitentia ductus retulit triginta argēteos principib⁹ sacerdotū ⁊ senioribus dicens: Peccaui: tradens sanguinem iustum: At illi dixerūt: Quid ad nos: Tu videris. Et proiciens argēteis ī tēplo recessit ⁊ abiēs laq̄o se suspēdit.

AVGV. de con. euā. Cōtexuerat supius euangelista narrationē in his que cū domino acta sunt vsq3 ad mane. Sz postea redyt ad narrandā petri negationē: qua terminata redyt ad mane: vt inde cetera ꝯtexeret. Et hoc est quod dicitur: Mane aūt facto consiliū inierunt oēs p̄ncipes sacerdotū ⁊ seniores populi aduersus iesum: vt eu3 morti traderēt. ORIGE. Putātes p mortē extinguere ei⁹ doctrinā ⁊ fidē apud eos q crediderūt in eū quasi in filiū dei. Talia aūt cōtra eū cōsiliantes: alligauerūt iesu3 soluentē a vinculis. vn̄ sequit̄: Et vinctū adduxerūt eū: ⁊ tradiderūt pontio pilato presidi. HIERO. Vide sollicitudinē sacerdotū in malū. tota nocte vigilarūt vt homicidiū facerēt: ⁊ vinctum tradiderunt pilato. Hēbant. n. huc morē: vt quē adiudicassent morti: ligatū iudici traderent. RABA. Attamē nō tādiū q̄ nō tūc p̄mū ligauerūt: s3 mox cōprehēsu3 ī horto vt ioānes declarat. CHRY. in ho. Ideo autem eū nō occulte interfecerunt quia volebant eius glorie detrahere. multi enim eū admirabant̄: ⁊ propter hoc studuerūt publice ⁊ corā hominib⁹ eū occidere: ⁊ ideo ad presidē eū duxerūt. HIERO. Vidēs aūt iudas dominū adiudicatū morti preciū retulit sacerdotib⁹: quasi in p̄tāte sua esset persecutoꝝ mutare sniam. vnde sequit̄: Tunc videns iudas qui tradidit eū q̄ dānatus esset penitentia ductus. retulit triginta argenteos principibus sacerdotū ⁊ senioribus populi dicens: Peccaui: tradēs sanguinē iustū. ORIGE. Respondeant mihi qui de naturis q̄sdā fabulas introducunt vnde ē q̄ iudas cognoscens peccatū suū dixit: Peccaui tradens sanguinē iustum nisi ex bona plantatione mentis ⁊ seminatiōe virtutis que seminata ē in omni rationabili anima quā nō coluit iudas: ⁊ ideo cecidit in tale peccatu3. Si aūt nature pereuntis ē aliquis hominū: magis huiusmodi re fuit iudas. Et siquidem post resurrectionē christi hoc dixisset iudas: forsitā erat dicēdū qui cōpulit eū penitere de peccato ipsa virt⁹ resurrectiōis. Nūc aūt vidēs eū traditū eē pilato penituit. forsitan recordat⁹ q̄ frequēter iesus dixerat de sua resurrectione futura. Forsitan ⁊ sathanas qui ingressus in eū fuerat presto fuit ei donec iesus traderetur pilato. Postq̄3 aūt fecit qd̄ voluit recessit ab eo: quo recedente penitētiā cape potuit. Sed q̄nomō vidit iudas qm̄ cōdenatus ē: nōdū. n. a pilato fuerat īterrogat⁹. forsitā dicet aliquis qm̄ consideratiōe mētis sue vidit exitum rei ex eo q̄ traditū aspexit. Alius aūt dicet: qm̄ qd̄ scriptū ē. Vidēs iudas q2 cōdēnat⁹ ē. ad ip3 iudā refert̄: tūc. n. sensit malū suū ⁊ intellexit se condēnatum. LEO papa. Dicendo tamen Peccaui tradens sanguine3 iustum in impietatis sue perfidia perstitit qui iesu3 nō dei filiū: sed nostre tantum conditionis hominē: etiā inter extrema mortis sue pericula credidit: cuius flexisset misericordiam si eius omnipotentiam non negasset. CHRY. i ho. Vide aūt quoniam penitentiā agit qn̄ cōpletū ē ⁊ finē accepit peccatū. Non. n. permittit diabolus eos qui non vigilāt videre malū antequā perficiāt. Sequit̄. At illi dixerūt: Quid ad nos: tu videris. REMI. Ac si dicant: Quid ad nos pertinet si iustus est: tu videris. i. opus tuum quale sit manifestabitur. Quidam aūt cōiunctī3 voluerūt legere hec verba vt sit sensus cuius estimationis deputatis apud nos: qui eū quē tradidisti iustū cōfiteris: ORIGE. Recedente aūt ab aliquo diabolo: obseruat iterum tempus. ⁊ postq̄3 cognouerit ⁊ ad se eundum peccatū induxerit. obseruat etiam tertie deceptionis lo cū. Sicut ille qui primo vxorem pris habuit: de hoc

malo postea penituit. Sed postea diabolus voluit hāc ipaꝫ tristitiā exaggerare, vt ipsa tristitia abundantior facta absorberet tristantē. Simile aliqd factum est in iuda. postq̃ꝫ eni penituit nō seruauit cor suū. sꝫ suscepit abūdantiorē tristitiā a diabolo sibi submissam: q2 voluit euꝫ absorbere. vñ sequitur: Et abiens laqueo se suspendit. Si autē locum penitentie requisisset: ꝛ tēpus pnie obseruasset: forsitan inuenisset eū qui dixit: Nolo mortē peccatoris. Uel forte estimauit preuenire magistꝝ morituꝝ: ꝛ occurrere ei cū aīa nuda: vt confitens ꝛ deprecans misericordiaꝫ mereret̄: nec vidit q2 non cōuenit seruum dei seipsum expellere de hac vita sꝫ expectare dei iudicium. RABA. Suspēdit āt se laqueo vt se ostenderet cela terreq; perosum. AVGV. de nouo ꝛ vete. testa. Sed occupatis principib⁹ sacerdotū ad necem domini a mane vsq; ad horam nonam: quō iudas eis rettulisse precium sanguinis quod acceperat ante crucē domini ꝓbatur. ꝛ dixisse illis in tēplo: peccaui q2 tradidi eum sanguinem iustum: cū cōstet oēs pncipes ꝛ seniores ante passionē domini nō fuisse in templo: Quippe cū in cruce posito insultarent ei. Nec enī inde pōt ꝓbari: q2 ante passionē dñi relatū est cū sint multa que ante facta ꝓbant̄: ꝛ nouissime ordinantur. Sed ne forte post horā nonā factū sit: vt videns iudas occisum saluatorē: ꝛ ob hoc veluꝫ tēpli scissū: terrā tremuisse: saxa fixa: elemēta cōterrita ipa mente correpť⁹ doluerit. Sed post horaꝫ nonam occupati erāt vt existimo seniores ꝛ pncipes sacerdotū ad celebratōem pasche. Sabbato aūt fm legē nō licet nūmos portare, ac p hoc nō ē ꝓbabile apud me quo die uel quo tpe laqueo vitam finierit iudas.

¶ Principes autem sacerdotuꝫ acceptis argēteis dixerunt: Nō licet eos mittere in corbonā: q2 preciū sanguinis est. Consilio autē inito: emerunt ex illis agrum figuli in sepulturā peregrinorum: propter hoc vocatus est ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis: vsq; in hodiernuꝫ diem: Tunc impletū ē qđ dictū ē p hieremiā ꝓphetā dicentē: Et acceperūt trigīta argēteos p̄ciū appreciati queꝫ appreciauerūt a filijs israel ꝛ dederūt eos ī agꝝ figuli: sicut ꝯstituit mihi dñs.

CHRY. in ho. Quia principes sacerdotū nouerant q2 occisionem emerant a ꝓpria conscientia cōdemnati fuerunt. ꝛ ad hoc ostendendū subdit euāgelista. Pricipes aūt sacerdotū acceptis argenteis dixerūt: Non licet eos mittere in corbonam: q2 precium sanguinis est. HIERO. Uere culicem liquentes ꝛ camelum glutientes. si. n. iō non mittunt pecuniam in corbonam: hoc est ī gazophylatiū ꝛ dona dei. q2 precium sanguinis ē: cur ipse sanguis effūdit̄? ORIGE. Uidebant aūt quoniam circa mortuos magis eā pecuniaꝫ conueniebat expendi. quia precium sanguinis erat. Sed q2 ꝛ inter loca mortuorum sunt differentie: vsi sunt precio sanguinis iesu ad comparationem agri figuli alicuius: vt in eo peregrini sepeliantur: non fm votum suum in monumētis paternis. vnde sequitur: Consilio aūt inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. AVGV. in ser de cc. do. Prouidentia aūt dei factum puto vt precium saluatoris nō peccatoribus sumptū prebeat. sed peregrinis requiem subministret: vt iā exinde christus ꝛ viuos sanguinis sui passione redimat: ꝛ mortuos preciosa passione suscipiat. Precio ergo dominici sanguinis ager figuli cōparat̄. Legim⁹ in scripturis q2 totius generis humani salus redēpta sit sanguine saluatoris. Ager ergo iste mūdus hic totus est. Figulus autem qui mundi possit habere dominatum: ipse est qui vascula corpis nostri fecit de limo. Istius itaq; figuli ager xpi sanguie empt⁹ ē: pegris inq; q sine domo patria ꝛ toto orbe exules iactabant̄: requies christi sanguine prouidet̄. Istos aūt pegrinos eē dicim⁹ deuotissimos christianos q renūciātes seculo: nihil possidētes ī mūdo in christi sanguine requiescunt. Sepultura enim christi nihil aliud ēq̃ꝫ reges christiani. Cōsepulti. n. sumus: sicut ait apostolus cū illo p baptismū in morte. Nos ergo pegrini in hoc mundo sum⁹ ꝛ tāq̃ꝫ hospites in hac luce versamur. HIERO. Qui ēt pegrini eramus a lege ꝛ ꝓphetis praua iudeoꝝ studia suscepimus in salutē. ORIGE. Uel pegrinos dicim⁹ q vsq; ad finē extranei sunt a deo: nam iusti cōsepulti sunt christo ī monumēto nouo qđ excisum est in petra. Qui aūt alieni sunt a deo vsq; ad finē sepulti sunt in agro figuli ꝯparantis lutuꝫ. qui precio sanguinis ē comparatus et ager sanguinis nominatur. vnde sequitur. Propter hoc vocatus est ager ille acheldemach. hoc est ager sanguinis vsq; ī hodiernā diē. GLO. Quod referendū ē ad tēpus quo euangelista hoc scripsit. deinde confirmat idē ꝓphetico testimonio dicens. Tunc impletū ē quod dictū est p hieremiā prophetā dicentē: Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati quem appreciauerunt a filijs israel: ꝛ dederunt eos in agꝝ figuli: sicut cōstituit mihi dominus. HIERO. Hoc in hieremia penitus non inuenitur: sed in zacharia qui penultimus ē duodecim ꝓphetaꝝ quedā similitudo refertur: ꝛ q̃q̃ꝫ sensus non multum discrepet tamē ordo ꝛ verba diuersa sūt. AVGV. de cōcor. euā. Siqs ergo putat ideo fidei euāgeliste aliqd derogandū primo nouerit nō oēs codices euāgelioꝝ hēre q2 p hieremiā dictū sit: sed tantummodo per ꝓphetā. Mihi aūt hec nō placet defensio. quia ꝛ plures codices habent hieremie nomē ꝛ antiquiores ꝛ nulla fuit causa cur adderet̄ hoc nomē. ꝛ mēdositas fieret. Cur āt tolleret̄ fuit vtiq; causa vt hoc audax imperitia faceret: predicta questione turbata. Potuit āt fieri vt aīo matthei euangelium scribentis pro zacharia hieremias occurreret: vt fieri solet: quod tamē sine vlla dubitatiōe emēdaret saltē ab his admonitus: qui ipso adhuc in carne viuente hec legere potuerūt: nisi cogitaret recordatiōis sue que spiritu sancto regebatur non occurrisse aliud ꝓ alio nomē prophete: nisi quia domin⁹ hoc ita scribi constituit. Cur aūt constituerit: prima causa est: q2 sic insinuat ita omnes prophetas vno spiritu locutos: mirabili inter se consensione constare: vt hoc multo amplius sit. q̃ꝫ si omniū verba prophetarum vno vnius hominis ore demōstrēt̄: ꝛ ideo indubitanter accipi debent quecūq; per eos spiritus sanct⁹ dixit: ꝛ singula esse omniū: ꝛ oīa singulorum. Si enꝫ hodie quisq̃ꝫ volens alicuius verba indicare dicat nomen alterius a quo dicta sunt: qui tamen sit amicissimus illius cuius verba dicere voluit: ꝛ continuo recordatus aliū pro alio se dixisse ita se corrigat: vt tamē dicat. bene dixi: nihil aliud intuens nisi inter ambos eē cōcordiaꝫ: quāto magis de prophetis sanctis hoc cōmendādū fuit. Est ēt alia causa cur hoc nomen hieremie in testimonio zacharie sit manere permissum: vel potius sancti spiritus auctoritate preceptum sit: Est apud hieremiam: q2 emerit agrum a filio fratris sui. ꝛ dederit ei argentum. non quidem sub hoc nomine precij: quod positum est apud zachariam triginta argenteis q2 aūt ꝓphetiam de triginta argenteis ad hoc interpretatus sit euāgelista. qđ modo de domino completum est manifestuꝫ est. sꝫ ad hoc pertinere etiam illud de agro empto: quod hieremias dic: hinc potest mystice significari: vt non hic zacharie nomen poneretur qui dixit: triginta argenteis. sed hieremie qui dixit de agro empto. vt lecto euangelio atq; inuento nomine hieremie: lecto autem hieremia: ꝛ non inuento testimonio de triginta argenteis: inuento tamē agro empto admoneatur lector vtrunq; conferre: ꝛ inde sensuꝫ enucleare ꝓphetie: quomodo pertineat ad hoc quod i domino completuꝫ est. Nam illud quod subiecit huic testimonio Mattheus cum ait: Quem appreciauerunt a filijs israel: ꝛ dederūt

eos in agrum figuli sicut constituit mihi dominus: nec apud zachariam. nec apud hieremiam reperitur. Unde magis ex persona euangeliste accipiendū est ⁊ mystice insertū quia hoc ex domini reuelatione cognouerit ad hāc rem que de christi precio facta ē huiusmodi pertinere prophetiā. HIERONYMVS de optimo genere interpretandi. Absit ergo de pedissequo christi ꝙ possit argui de falso: cui cura fuit non verba ⁊ syllabas aucupari: sed sententias dogmatum ponere. CHRY. in ho. Legi nuper i quodā hebraico volumine quod nazaree secte mihi hebreus contulit hieremie apocryphum. in quo hoc ad verbum scriptū reperi sed tamen mihi videtur magis de zacharia sumptū testimonium euangelistarum ⁊ apostolorum more vulgato quo verborū ordine pretermisso. sensus tamen de veteri testamento proferunt exemplum.

¶ Jesus autem stetit ante presidem ⁊ interrogauit eum preses dicens: Tu es rex iudeorū? Dicit illi iesus: Tu dicis. Et cū accusaret a principibus sacerdotum ⁊ senioribus: nihil rūdit. Tunc dicit illi pilatus: Non audis quanta aduersū te dicunt testimonia? Et nō respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur preses vehemēter.

AVGV. de con. euā. Finitis his que Mattheus de Juda proditore interposuit ad ordinē narrationis reuertitur dicēs: Jesus āt stetit an̄ p̄sidē. ORIGE. Judex. toti⁹ creature constitut⁹ a patre: vide quantū se humiliauit: vt acquiesceret stare ante iudicē tunc terre iudec: ⁊ interrogat⁹ est interrogationē quā forsitan deridens aut dubitans pilat⁹ interrogat. vnde sequit̄. Et interrogauit eum preses dicens Tu es rex iudeoꝝ? CHRY. in ho. Jd pilatus interrogat: quod aduersarij contra ipsum cōtinue reuoluebāt. Quia enim sciebant pilatū nullā curā facientē legaliū: ad publicas accusationes rē ducūt. ORIGE. Uel pnunciatiue hoc dixit pilat⁹. vn̄ ⁊ alibi scripsit in titulo. Rex iudeoꝝ. Principes autē sacerdotū rn̄dens: Tu dixisti oblique arguit eius dubitationē. Pilati vero sententiā cōfirmat pnūciātis. vnde sequitur: Dicit ei iesus: Tu dicis. CHRY. in ho. Confessus est se eē regē sed celestē: vt in alio euangelio manifesti⁹ legit̄. Regnū inquit meū nō ē de hoc mundo. vt neq̄ iudei neq̄ pilat⁹ excusationez habeant huic accusationi insistentes. HYLA. Uel interroganti pontifici an ipse eēt iesus christus dixerat Tu dixisti quia semper futurū christū ex lege ipse dixisset: huic vero legis ignaro interroganti an ipse esset rex iudeorum dicitur: Tu dicis: qa per fidez presentis cōfessionis salus gentiū est. HIERO. Attende autem q pilato qui inuitus promebat sententiā aliqua ex parte respondit: sacerdotibus autem ⁊ principibus sacerdotū respōdere noluit. indignos eos suo sermone iudicans. vnde sequitur: Et cū accu. a prin. sacer. ⁊ senio. nihil rn̄dit. AVGV. de con. euan. Lucas autē ipsa crimina que accusantes obiecerunt aperuit: dicit enim: Ceperunt illum accusare dicentes: Hunc inuenimus subuertentez gentem nostrā ⁊ prohibentem tributa dari cesari ⁊ dicentē se christū regez eē. Nihil autē interest ad veritatez quo ordine ista retulerint: sicut nihil interest si ali⁹ aliud tacet qḋ alius commemorat.

ORIGE. Accusatus autem iesus sicut tunc illis nihil respondit sic nec ⁊ modo. non fit enim eis verbū dei sicut aliquando fuerat ad prophetas: sed neq̄ dignum erat vt pylato interroganti responderet qui non habebat permanens ⁊ firmum de christo iudiciū sed ad contraria trahebatur. vnde sequit̄: Tunc dicit ei pilatus: Non audis quanta aduer. te dicunt testimonia? HIERO. Gentilis quidē ē qui contēnit iesum: sed causam refert in populum iudeorum. CHRY. i ho. Jō aūt hoc dicebat: quia volebat eū liberare dū se excusādo responderet. Sequitur. Et non respon. ei ad vl. verbū: ita vt mira. preses vehemēter. Quia .n. multas habentes demonstratōes ex ipsis reb⁹: virtutis ⁊ mansuetudinis eius ⁊ humilitatis. tn̄ in ipsū indignabant̄: ⁊ peruerso iudicio agebantur cōtra ipsm: ppter hoc nihil respōdet. ⁊ si aliquando respondet breuia quidem dicit: ne ꝯtinua taciturnitate pertinacie opinio de ipso accipiat̄. HIERO. Uel ideo iesus nihil rn̄dere voluit ne crimen diluēs dimitteret̄ a preside ⁊ crucis vtilitas differret̄. ORIGE. Miratus est aūt preses ꝯstantiā eius: forsitan sciēs q idoneus eēt pnunciare crimē ⁊ tamē videbat eū in trāqlla ⁊ quieta sapiētia ⁊ grauitate nō turbabili stare: sed ⁊ vehemēter miratur. Dignū eni ei videbat̄ magno miraculo vt exhibitus christus ad criminale iudiciū: imperturbabilis staret ante mortem. q̄ apud oēs hoies terribilis estimatur.

¶ Per diem autem solennem consueuerat preses populo dimittere vnum vinctum quē voluisset. Habebat autem tunc vnum victum insignez qui dicebatur barrabas. Congregatis ergo illis dixit pilatus: Quem vultis dimittā vobis? barrabaz an iesū qui dicitur christus? Sciebat eni q per inuidiam tradidissent eum. Sedente autē illo ꝓ tribunali misit ad eū vxor eius dicens: Nihil tibi ⁊ iusto illi. Multa enim passa sū hodie per visum propter eum. Principes autē sacerdotum ⁊ seniores persuaserunt populis vt peterent barrabam: iesum vero perderent. Rn̄dens autem preses ait illis: Quē vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabam. Dicit illis pilat⁹: Quid igitur faciam de iesu qui dicit̄ christus? Dicunt omnes: Crucifigat̄. Ait illis preses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur. Uidens autem pylat⁹ qz nihil proficeret s3 magis tumult⁹ fieret: accepta aqua lauit manus coram populo dicēs: Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis. Et rn̄dens vniuersus populus dixit: Sāguis eius super nos: ⁊ super filios nostros. Tunc dimisit illis barrabam: iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur.

CHRY: in homi. Quia christus ad accusationē iudeorū nihil responderat. per quod posset eū pilatus ab accusationibus iudeorum excusatum habere aliud machinat̄ p qḋ eum liberare possit. vnde dicitur. Per diem autem solenē consue. pre. dimit. po. vin. vnum quē voluisset. ORIGE. Sic enim quasdā gratias prestāt gentes eis quos subijciūt sibi: donec cōfirmet̄ super eos iugum ipsorum. tamen consuetudo hec aliquando fuit apud iudeos. Saul enim nō interfecit ionathā: omni populo petēte eū ad vitā. CHRY. in homi. Per hanc autem consuetudinē christū eripere tentauit: vt neq̄ vmbram excusationis iudei sibi derelinquāt. manifestus homicida in cōparatione christi adducitur. de quo sequitur: Habe. aūt tūc vnū vinctū insignē q dicebat̄ barrabas. Non simplr̄ dicit latronē: sed insignē: hoc ē in malicia diffamatum. HIERO. Iste barrabas in euāgelio qḋ inscribit̄ iuxta hebreos: fili⁹ magistri eoꝝ interp̄tat̄ q propter seditionē ⁊ homicidiū fuerat cōdemnat⁹. Offert autē optionem eis pilatus dimittendi quem vellent: latronem an iesum non dubitans iesum poti⁹ eligendū. vn̄ sequitur Cōgre. ergo illis dixit pilatus. Quē vultis dimittam vobis

barrabam an iesum qui dicitur christus? CHRY. in ho.
quasi dicat. Si nō vultis sicut innocentē dimittere; saltem
cōdēnatū festiuitati dimittatis. Si eni oportebat i petis ma
nifestus existētē dimittere: multomagis in dubys. Vide āt
ordinē cōuersuz. Petitio pro condemnatis solet eē plebis:
cōcessio autē pricipis: nūc aūt cōtrariū gestū est. pnceps.n.
petit a plebe: et plebs ferocior reddit. GLO. Quare autez
pilat⁹ ad liberationē christi laborauit manifestat euāgeli
sta cū subdit: Sciebāt.n. q per inuidiā tradidissent eū. RE
MI. Que aūt inuria fuerit ioannes manifestat: qui narrat
eos dixisse: Ecce mundus totus post eū vadit: et si dimittim⁹
eū sic: oēs credent in eū. Notandū etiā q loco ei⁹ qd mat
theus dicit: An iesuz qui dicitur christus. Marcus dicit:
Vultis dimittaz vob regez iudeoz: soli nanqz reges iudeo
rum vngebant: et ab ipsa vnctione xpi vocabāt. CHRY.
in homi. Deinde subdit aliud qd sufficiēs erat oēs a passio
ne reuocare. Seqt eni Sedente aūt illo p tribunali: misit
ad eū vxor eius di. Nihil tibi et iusto illi. Cū demōstratione
eni que erat a rebus: et sōnus non puū qd erat. RABA.
Nōndū vo q tribūal iudicis: sedes ē iudicis: soliū regū: ca
thedre magrōrū. In visiōib⁹ aūt et sōnys gentilis viri vxor
hoc intellexit: qd iudei vigilātes nec credere nec intellige
re voluerunt. HIERO. Nota ēt q gentilibus sepe a deo
somnia reuelantur. et q in pilato et vxore ei⁹ iustū dñm con
fitētib⁹ gētilis populi testimoniū sit. CHRY. i ho. Sz cu⁹
gra nō ipse pilat⁹ somniū videbat: q illa magis digna erat:
vel q si pilatus vidisset. nō equalit sibi creditū eēt: vl' forte
neqz dixisset ppter hoc dispēsatur a deo q mulier vidit: vt
manifestū oībus fieret. Et nō simplr videt: sed et patit mul
ta. Seqtur.n. Multa.n. passa sū ho. per vi. ppter eū: vt. s. a
cōpassione que erat ad vxorē: desidior fieret vir circa occisi
onem. sed et tempus nō paz cōferebat. eteniz eadē nocte vi
dit. AVGV. in ser. de pas. Sic ergo iudex terret in coniu
ge: et vt crimini iudeoz non prebeat in iudicio consensuz: p
tulit in vxoris afflictōe iudiciū iudicat ipse q iudicat: et tor
quetur anteqz torqueat. RABA. Uel aliter. Nūc demū
diabolus intelligens per xpz se spolia sua amissuz: sicut pri
muz per mulierem mortē intulerat: ita p mulierē vult xpz
de manibus iudeoruz liberare: ne per eius mortez mortis
amittat imperiū. CHRY. in ho. Nihil autē premissoruz
christi aduersarios mouit: quia eos omnino inuidia exceca
uerat. vnde ex propris malicia plebez corrumpūt. et hoc est
quod sequitur. Principes aūt et sen i persuase. populo vt pe
te. barra: Je. vo perderent. ORIGE. Et est videre nunc
qūo populus iudeoz a senioribus suis et iudaice culture do
ctorib⁹ suadetur: et excitatur aduersuz iesuz vt perdant eū.
Sequit. Respon. aūt preses ait illis. Quez vul. vo. de duo.
dimitti? GLO. Respōdisse autē dicit pilat⁹ hec dicens: si
ue ad ea que vxor nūciauerat. siue ad petionē populi: q iux
consuetudinem aliquem in die festo sibi dimitti petebant.

ORIGE. Turbe aūt quasi fere que spaciosaz ambulant
viā: voluerūt sibi barrabā habere solutū. vñ subdit. At illi
dixe. barrabā. Ideo gens illa habet seditiones et homicidia
et latrocinia fm quosdaz gentis sue in reb⁹ que foris haben
tur: fz aūt oēs int⁹ in aīa. Ubi.n. non est iesus illic lites et p
lia sunt. vbi aūt est: ibi sunt oīa bona et pax. Oēs etiam q iu
deis sunt similes vel in dogmate vel in vita: barrabaz sibi
solui desiderāt. Quicunqz eni mala agit: solutus est in cor
pore eius barrabas. Christ⁹ aūt vinctus. Qui aūt bona agit
xpz habet solutū. barrabā vinctū. Uoluit aūt pylat⁹ pudo
rē tante iniqtatis eis icutere. vñ seqtur. Dicit il. pyla. Quid
igit fa. de ie. q dicit christus. Nō solū aūt hoc: sed et mensu
raz colligere volēs ipietatis eoz. Illi āt nec hoc erubescūt
q pylatus iesuz christū eē cōfitebat: nec modū impietatis
seruāt. vñ seqt: Dicūt oēs: Crucifigat. In quo multiplicaue
runt ipietatis sue mēsurā: nō solū homicidā postulātes ad

vitam sed etiā iustum ad mortē: et ad mortē turpissimā cru
cis. RABA. Pendentes siquidē in ligno crucis fixi: clauis
bus ad lignū pedib⁹ manibusqz confixi: pducta morte ne
cabant: et diu viuebāt in cruce. nō quia lōgior vita eligebat:
sed q mors ipsa protendebat: ne dolor citius finiretur. ve
rum iudei de morte pessima cogitabāt: sed a domino nō in
telligentibus eis electa erat. ipsam.n. crucē diabolo supato
erat tāqz tropheū in frōtibus fideliū positur⁹. HIERO.
Cū aūt hoc diceret. nō statiz acquieuit: sed iuxta suggestionē
vxoris que mādauerat: Nihil tibi et iusto illi. Ipse quoqz re
spōdit. vñ seqtur: Ait illis preses: Quid.n. mali fec? Hoc di
cendo pilat⁹ absoluit iesum. Sequitur: At illi magis clama
bāt dicētes Crucifigat. Ut impleret qd in psalmo dicit. Cir
cūdederūt me canes multi: cōgregatio malignātiū obsedit
me. Et illd hieremie Facta ē mihi hereditas mea sicut leo
in silua: dederūt sup me vocē suā. AVGV. de con. euan.
Sepius aūt pilat⁹ cū iudeis egit: volens vt dimitteretur ie
sus qd paucissimis verbis testat matthe⁹ cū subdit: Videns
pila. q nihil pficer. sed magis tumultus fieret. qd non dice
ret. nisi multum ille conat⁹ fuisset: quāuis tacuerit quotiēs
hoc tentauit vt erueret iesum furori eoz. Sequit Accepta
aqua lauit manus corā populo dicens: Innocens ego sum
a san. iusti huius. REMI. Mos.n. erat apud antiquos vt
cū vellet qs se ostēdere immunē ab aliquo crimine: accepta
aqua lauaret man⁹ suas corā populo. HIERO. Pilat⁹ ergo
accepit aquā iuxta illud propheticū: Lauabo inter inocen
tes man⁹ meas: quodāmodo in hoc cōtestans et dicēs: Ego
quidē inocētē volui liberare: sed qm seditio orit et rebellio
nis mihi cōtra cesarē crimē impingitur: inocens sum a san
guine iusti huius. Iudex ergo q cogit contra dominū ferre
sententiā: nō damnat oblatū: sed arguit offerentes: iustū eē
pronūtiās eū q crucifigēdus ē. Sequit: Uos videritis. q. d.
Ego minister legū suz: vox vestra sanguinez fundit. Sequi
tur. Et respon. vniu po. dixit. San. ei⁹ sup nos et su. fi. nostros.
Perseuerat vsqz in pñtē diē hec imprecatio sup iudeos. et san
guis dñi nō auferi ab eis. CHRY. in ho. Intuere autē et
h iudeoz multā insaniā. eoz.n. ipetus et pniciosa cōcupiscē
tia nō pmittit eos que oportet inspicere et sibi maledicunt
di. Sanguis eius super nos: qd ad filios maledictionem at
trabunt di. Et sup filios nostros. Sz tamen misericors de⁹
eoz sententiā nō firmauit: sed ex eis et eoz filys suscepit q
penitentiā egerunt: eteniz et paulus ex ipsis fuit: et multa mi
lia eoz q in hierosolymis crediderunt. LEO papa in ser.
de pas. Excessit ergo pilati culpam facinus iudeorū sed nec
ipse euasit reatum qui reliquit pprium iudiciū: et in crimen
transiuit alienū. sequitur.n. Tūc dimi. il. bar. Jesum autem
flagellatū tradidit ut crucifigeret. HIERO. Sciēdū ē āt
pylatū romanis legib⁹ ministrasse quibus sancitū ē: vt qui
crucifigit prius flagellis verberetur. Traditur igitur iesus
militibus verberandus: et illud sanctissimum corpus pect⁹
dei capax flagellis secuerūt. AVGV. in ser. de pas. Ecce
dominus aptat ad vbera: ecce iā ceditur. rupit sanctā cutē
violentia flagellorum repetitis ictibus crudelia verbera
scapularum terga conscindunt. Prohdolor iacet extensus
ante hominem deus: et supplicium patitur rei in quo nullum
peccati vestigium potuit inueniri. HIERO. Hoc autem
factum est: vt quia scriptum erat Multa flagella peccato
rum: illo flagello nos a verberibus liberemur. In lauatio
etiā manuū pilati: gentilium omnia opera purgantur: et ab
impietate iudeoz nos alieni efficimur. HYLA. Hortan
tibus autem sacerdotibus populus barrabam elegit: qui in
terpretatur patris filius in quo arcbanuz future infidelita
tis ostenditur: christo antichristū peccati filium preferēdo.
RABA. Barrabas etiam qui seditiones faciebat in tur
bis dimissus est populo iudeorum .i. diabolus qui vsqz ho
die regnat in eis: et iccirco pacem habere non possunt.

¶ Tunc milites presidis suscipiētes iesum i pretorio: congregauerunt ad eū vniuersam cohortem: ⁊ exuētes eū: chlamidē coccineā circūdederunt ei. Et plectētes coronā de spinis posuerūt super caput eius: ⁊ arundinē in dextra eiꝰ: ⁊ genu flexo ante eū: illudebāt ei dicētes: Aue rex iudeorum. Et expuentes in eū acceperunt harundinem ⁊ percutiebant caput eius.

AVGV. de cōcor. euan. Post accusatiōes christi: consequens est vt ipsaz domini passionē videamꝰ: quaz mathēꝰ sic incipit. Tūc milites presidis suscipiētes iesuz i pretorio congregauerūt ad eū vniuersaz cohorte. HIERO. Quia eni rex iudeoꝝ fuerat appellatus: ⁊ hoc ei scribe ⁊ sacerdotes crimē obiecerāt, qꝫ sibi in populo israel vsurparet imperiuz: alludētes hoc faciūt vt nudatū pristīs vestibꝰ induāt chlamydē coccineā pro rufo libo quo reges veteres vtebātur: ⁊ pro diademate imponāt ei coronā spineā: pro sceptro regali dent calamū: ⁊ adorēt q̄si regē. ⁊ hoc est qḋ subditur. Et exue. eū chlamy. cocci. circū. ei: ⁊ plectē. coro. de spinis. AVGV. de con. euan. Per hoc aūt intelligiꝉ Marcum dixisse idutū purpura. Pro regia eni purpura chlamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat: ⁊ est rubra quedaz purpura cocco simillima. Potest etiā fieri vt purpurā etiā marcus cōmemorauerit quā chlamys hēbat: q̄uis eēt coccinea. CHRY. in ho. Que igitur erit nobis cura ꝺ reliquo si contumelias ab aliquo patiamur postq̄ꝫ christus hoc passus est. Eteni quod fiebat in xp̄m vltimus terminꝰ contumelie erat: nec vna pticula tm̄: sed vniuersū corpꝰ patiebatur iniurias: caput per coronā ⁊ harundinē ⁊ colaphos: facies qꝛ inspuebaꝉ: gene qꝛ alapis cedebanꝉ: corpus totū p flagella. Et qꝛ denudatū est p circūdatōez chlamydis ⁊ p fictā adorationē: manꝰ p harūdinē quā dederūt ei p sceptro: ac si timerēt ne aliquid pretermitterent grauissime presumptionis. AVGV. de con. euan. Apparet autē mattheū recapitulando ista cōmemorasse nō quo tūc factū sit: cū eum pylatus crucifigendū tradidisset. Joannes eni anteq̄ꝫ dicere, qꝫ cum pylatus crucifigendum tradiderit ista ꝯmemorauit. HIERO. Nos aūt oīa hec ītelligamꝰ mystice. Quō eni cayphas dixit: Oportet vnū hominez mori p oibus nesciens quid diceret: sic ⁊ isti quodcū qꝫ fecerūt: lꝫ alia mente fecerint: tamen nobis q credimꝰ sacramēta tribuebant. In clamyde coccinea opa gentiuz cruēta sustētat. In corona spinea maledictū soluit antiquū. In calamo venenata occidit animalia siue calamū tenebat in manu vt sacrilegiuz scriberet iudeoꝝ. HIERO. Uel alr̄. Susceptis oībꝰ corporis nostri infirmitatibꝰ a dn̄o: oē deinde nostꝝ qbus regnū secū erat debitū: sanguine cocci colore perfundiꝉ. Spinis quoqꝫ .i. cōpungentiū quōdā pctīs gentiū coronaꝉ: ē. n. aculeꝰ in spinis: ex qbus xp̄o victorie corona cōtexiꝉ. In calamo vero earūdem gentiū infirmitas atqꝫ inanitas manu cōprehensa firmaꝉ: quin etiā caput eiꝰ illudiꝉ: vt īfirmitas gentiū manu xp̄i cōprehēsa etiā i deū patrē: qui caput eiꝰ ē: cōquiescat. ORIGE. Uel calamꝰ mysteriū fuit qꝫ priusq̄ꝫ crederemꝰ cōsidebamꝰ i virga harūdinea egypti vel cuiuslibet cuiqꝫ regni cōtrary deo quē accepit: vt triūphet eū in ligno crucis. Percutiūt aūt cū hoc calamo caput xp̄i iesu: q̄m sp̄ regnū illud verberat deū patrē caput saluatoris. REMI. Uel alr̄: Per chlamydē coccineaz caro domini designaꝉ q̄ rubra dicitꝉ ꝓpter sanguinis effusionē: p spineā coronaz suſceptio peccatoꝝ nostroꝝ: qꝛ in similitudinē carnis peccati apparuit. RABA. Calamo igiꝉ christi caput pcutiūt q diuinitati eiꝰ cōtradicētes: errorē suū auctoritate sancte scripture: que calamo scribiꝉ: cōfirmare conanꝉ. Spuūt i faciē eiꝰ q p̄ntiā gr̄e illiꝰ verbis execrandis respuūt: ⁊ iesum in carne venisse denegāt. Falso aūt illū adorant q i eū credūt sed puersis actibus despiciūt. AVGV. de cō. euā. Qz aūt dn̄s in passione exuerūt vestē ꝓpriā ⁊ iduerūt fucatā signati sunt heretici q eū dicūt veꝝ corpꝰ nō habuisse sed fictū.

¶ Et postq̄ꝫ illuserūt ei: exuerunt eū chlamyde ⁊ iduerūt eū vestimētis eius: ⁊ duxerūt eū vt crucifigerēt. Exeuntes autē inuenerunt hominē cyreneum nomine simonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locuz q dicitur golgatha: quod est caluarie locus. Et dederunt ei vinum bibere cuz felle mixtum: Et cū gustasset noluit bibere.

¶ Et cũ ducerẽt eũ apphẽderũt simonẽ quẽdã cyreneñsem venientẽ de villa: ⁊ iposuerũt illi crucẽ portare post iesũ. Seq̃bat aũt illũ multa turba populi ⁊ mulieꝝ: q̃ plãgebãt ⁊ lamẽtabant eũ. Conuersus ãt ad illas dixit iesus: Filie hierusalẽ nolite flere sup me: sꝫ sup vosipsas flete ⁊ sup filios vestros. Qm̃ ecce venient dies i qb⁹ dicẽt: Beate steriles ⁊ vẽtres q̃ nõ genuerũt: ⁊ vbera que nõ lactauerũt. Tunc icipiẽt dicere mõtibus cadite sup nos: ⁊ collibus operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciũt: in arido qd fiet: Ducebant ãt ⁊ alij duo neq̃ cũ eo: vt iterficerent.

GLO. Posita ɔdẽnatiõe christi: ɔueniẽter agit de eius crucifixiõe cũ d͡r. Et cũ ducerẽt eũ apphenderunt simonẽ quẽdã cyreneñsẽ venientẽ de villa: ⁊ iposuerũt ei crucẽ portare post iesũ. AVGV. de con. euan. Joannes ãt narrat q̃ iesus baiulabat sibi crucẽ. vñ itelligit̃ q̃ ipse sibi portabat crucẽ cũ exiret in eũ q̃ d͡r caluarie locũ: Simon ãt i itinere angariat⁹ ẽ: cui data ẽ portãda crux vsq̃ ad locũ: nullus .n. alioꝝ acceptabat crucẽ baiulare: eo q̃ lignũ detestabile putabat̃: ⁊ iõ simoni cyreneo q̃si i quandã iacturã ipo sueñt crucẽ portare quã alij recusabãt. Hic adiplet̃ illõ isaie: Cuius pncipat⁹ sup humeꝝ ei⁹. pncipatus .n. xp̃i ẽ crux ei⁹ ꝑ quã sm̃ apostolũ de⁹ eũ exaltauit. Et sicut i signũ dignitatis alij baltheũ alij mitrã portãt: sic ⁊ dñs crucẽ. Etsi ingratos inuenies nõ aliter i nobis regnare iesũ: nisi ꝑ asꝑitates: quo fit vt deliciosi inici sunt xp̃i crucis. AMBRO. Christus ergo crucẽ baiulãs iã tropheũ suũ victor attulit. crux sup humeros iponit̃: q̃ siue simõ siue ipse portauerit: ⁊ xp̃s in hoie: ⁊ hõ portauit in xp̃o. Nec discordant euangelistaꝝ: siue qñ ɔcordat mysteriũ. Et bonus ordo nr̃i ꝑfectus ẽ: vt prius crucis sue trophea ipse erigeret: deide martyrib⁹ traderet erigẽdũ. Nõ iudeus ẽ q̃ crucẽ portat: sꝫ alienigena atq̃ peregrinus. nec ꝑcedit: sꝫ sequitur: iuxta hoc qd̃ scriptũ est: Tollat crucẽ suã ⁊ seq̃tur me. BEDA. Simon aũt obediens cyrene heres interꝑtatur. vnde ꝑ eũ populi gentiuꝫ designant̃: qui quondã peregrini ⁊ hospites testõꝝ: nunc obediendo facti sunt dei heredes. De villa aũt simon egrediens crucẽ portat p⁹ iesuꝫ: cũ paganis ritib⁹ derelictis: vestigia dñice passionis obedienter amplectit̃. Villa .n. grece pagos vocat̃: a q̃ paganĩ nomẽ trahũt. THEOPHI. Ut ille tollit crucẽ xp̃i q̃ venit a villa. i. dimittit hũc mundũ ⁊ opa ei⁹: in hierusalẽ. i. in supnã libertatẽ tẽdens. Ex hoc ẽt nõ modicũ sumit̃ documẽtũ. Qui .n. ad modum xp̃i magister est: debet ipse prius tollere crucẽ: ⁊ timore dei propriã carnẽ cõfigere: ⁊ sic subditis ⁊ obediẽtib⁹ eã iponere. Seq̃tur aũt xp̃ꝫ ẽt multitudo plebis ⁊ mulieꝝ. nã subdit̃. Seq̃bat aũt illũ multa turba populi ⁊ mulieꝝ q̃ plangebãt ⁊ lamẽtabant eũ. BEDA. Multa qdẽ turba crucẽ dñi: sꝫ non vna eadẽq̃ mẽte seq̃bat̃. Nã populus q̃ ei⁹ mortẽ ipetrauerat: vt morientem letus aspiceret: mulieres vero vt morituꝝ plorarent. Nõ aũt iõ solus mulierũ planctus sequebatur: q̃ nõ ẽt innumerus viroꝝ cetus de eius erat passione mestissimus: sed q̃ femineus quasi cõtẽptibilioꝝ sexus liberius poterat qd̃ senserat ostentare. CYRYL. Amãs etiã lachrymaꝝ est semꝑ sexus femineus ⁊ mentem habẽs flexibilẽ ad pietatẽ. THEOPHI. Per hoc ẽt significabat̃ q̃ multitudo magna iudeoꝝ eẽt post crucẽ itura credens in iesum. Sed ⁊ mens infirma que significatur ꝑ feminã: si sumpta cordis cõtritione per penitentiã fleat: seq̃tur iesum ꝑpter nostrã salutẽ afflictũ. Flebãt igit̃ mulieres ꝑ cõpassionẽ. Eũ aũt qui vltro patit̃ flere nõ oꝫ: sꝫ magis ei applaudere: ⁊ iõ eas flere vetat. Seq̃t̃ eni. Conuersus aũt iesus ad illas dixit. Filie hierusalẽ: nolite flere sup me.

BEDA. Cui⁹ s. cita resurrectio mortẽ soluere põt: cuius mors ⁊ oẽm mortẽ ⁊ ipsiꝫ mortis destructura ẽ auctorẽ. Notandũ aũt cũ filias hierusalẽ appellat: q̃ nõ sole q̃ cum eo venerãt a galilea: sꝫ ⁊ eiusdẽ vrbis ciues eã mulieres adheserũt. THEOPHI. Mãdat de plorãtib⁹ eũ in futura mala ꝑspectũ intẽdere: ⁊ sup illis flere. Seq̃t̃ .n. Sup vosipsas flete ⁊ sup filios vestros. CYRIL. Significãs in futuro mulieres liberis eẽ orbãdas: nã irruẽte bello in terra iudeoꝝ cũcta simul pibũt magni ⁊ pui: vñ seq̃t̃. Quia ecce venient dies in qb⁹ dicẽt: beate steriles: ⁊ vẽtres q̃ nõ genuerunt: ⁊ vbera q̃ nõ lactauerũt. THEOPHI. Cũ .n. femine crudeliter suos assabũt filios ⁊ vẽter q̃ ꝑduxerat flebiliter: iterato recipiet genitũ. BEDA. In quo die vẽture a romanis obsidionis ⁊ captiuitatis tp̃s significat de q̃bus supra dixerat. Ue pregnãtib⁹ ⁊ nutriẽtib⁹ in illis dieb⁹. Naturale est aũt iminẽte captiuitate hostili alta vel abdita q̃bus abscõdant̃ hoĩes refugia querere. vñ seq̃tur: Tunc icipient mõtib⁹ dicere. Cadite sup nos. ⁊ collib⁹: operite nos. Refert eni iosephus insistentib⁹ sibi romanis: certatiꝫ iudeos cauernas montiũ colliũq̃ petisse speluñcas. põt etiã q̃ beatificandas dicit steriles de his itelligi q̃ vtrolibet sexu se castrauerunt ꝑpter regnũ celoꝝ montib⁹ collibusq̃ dici. cadite super nos: ⁊ operite nos: cũ q̃libet sue fragilitatis memores ingruente tentationũ articulo: sublimiũ quorũcunq̃ viroꝝ quesierint exẽplis monitis ⁊ precib⁹ defendi. Seq̃tur. Quia si in vi. li. hec fa. in ari. qd fiet: GREGO. xxi. mo. Se lignũ viride: ⁊ nos lignũ aridũ dixit: q̃ ipse i se vim diuinitatis habuit: nos vero qui puri hoĩes sumus: lignum aridum appellamur. THEOPHI. quasi dicat iudeis: Si ergo in me lignũ fructiferuꝫ iugiter virens taliter seuierunt romani: qd non attẽtabunt erga vos: populuꝫ dico quasi lignũ aridum priuatum qualibet viuificante virtute. nec vllum fructum ferentes. BEDA. Uel quasi omnibus diceret. Si ego qui peccatum nõ feci: lignũ vite appellatus sine igne passionis a mundo non exeo: quid putas eis manere tormẽti qui sunt fructib⁹ vacui: THEOPHI. Malã aũt opinionem de domino inuere volens diabolus etiã latrones faciebat crucifigi cum eo. vnde sequitur. Ducebant autem ⁊ alij duo neq̃ cum eo vt interficerentur.

¶ Et postq̃ venerunt in locũ qui vocatur caluarie: ibi crucifixerunt euꝫ: ⁊ latrones: vnum a dextris: alterum a sinistris.

ATHANA. Ubi corruptũ ẽ genus humanũ: ibi xp̃s propriũ corpus exposuit: vt vbi seminata est corruptio: ibidem icorruptio oriatur: ꝑꝑ qd̃ in loco caluarie crucifigitur. Dicitur eni. Et postq̃ vene in lo. q̃ vo. cal. ibi cruci. eũ. Quẽ locum doctores iudeoꝝ aiunt esse sepulchrum ade. BEDA. Uel aliter: Foris portam loca erant in quibus truncabant̃ capita dãnatorum: ⁊ caluarie. i. decollatorum sumpserunt nomen. Et sic pro oĩum salute quasi noxius: inter noxios crucifigitur: vt vbi abundauit peccatum superabũdet ⁊ gratia. CYRIL. Non aũt ipse vnigenitus dei filius in propria natura qua deus est: passus est: que sunt corporalis magis in natura terrena. Decet .n. vtrunq̃ de vno ⁊ eodeꝫ filio dici. scilicet ⁊ non pati diuine: ⁊ passum esse humane.

EVSE. Si autem aliter post cõuersationẽ cum hominibus euanescens subito euolaret fugiens mortem ab hoĩb⁹ cõparetur phantasmati: ⁊ queadmodum siquis incõbustibile quoddam nobis vas: ⁊ preualens ignis nature vellet ostendere: flamme illud traderet: ⁊ cõsequenter a flamma illud illesum extraheret. Sic dei verbum volens osten

dere instrumētum quo visus est ad humanā salutē esse pre
paleus morti :mortale morti exposuit ad dmōstrandā eius
naturā:deinde post modicū a morte illud eripuit in signū
diuine virtutis. Et prima quidē cā mortis xpi hec ē. secūda
vero diuine potētis ostēsio : corpus xpi inhabitantis. cū enim
antiquitus deificarent hoīes cōem exitū mortis sortitos:
quos heroas τ diuos noīabāt: docuit illū solū mortuū verū
deū eē fatēdū: quē brauia victorie morte prostrata decorāt.
Tertia ratio ē victima pro toto genere hoīū mactāda. qua
oblata tota ptās demonū perijt: τ error quilibet est sedatus.
Est τ alia cā salutifere mortis: vt discipuli oculata fide ↄspi
cerēt resurrectiōe post mortē: ad quā ppā spē erigere do
cebāt: vt mortē ↄtēnētes: agonē ↄ errores inirēt alacriter.
CHRY. Nō aūt sui mortē q̄ nō habebat: cū sit vita: sed
hoīus vēit ↄsūpturus saluator. vñ nō ppa morte corpus de
posuit: sed ab hoīb⁹ illatā sustinuit: sed τ si egrotauisset cor
pus ei⁹: τ i ↄspectu oīū solueret: incōueniēs erat eū q sana
re alior lāguores: hēret ppriū corpus affectū lāguorib⁹: sed
nec absq aliquo morbo seorsum alicubi corpus deposuisset:
ac deinde rursus se offerret nō crederetur ei de resurrectio
ne differenti: oportet enī mortem resurrectionē pcedere.
Cur ergo resurrectiōez palā qdē pdicaret: clāculo vero mo
reret: nimirū si latēter hec euenisset qd excogitarēt hoīes i
credulitatis calūnias: quo pateret xpi i morte victoria: nisi
coā oīb⁹ eā patiēs p icorruptionē corporis pbasset extictā:
Sed dices: decebat saltē gloriosā mortē sibi excogitare: vt
euitaret ignominiā crucis: sed τ si hoc fecisset: suspectū se
redidisset: quasi nō hns virtutē contra quamlibet mortem.
Sicut ergo pugil psternēs illū quē hostes obtulerit: ondit
excellentior oībus: sic oīum vita ab hostibus illatam quā
putabāt eē dirā τ infamē detestabilē mortē in cruce susce
pit: vt hac interēpta dominiū mortis totaliter destruat: pp
qd nō caput ei amputat vt ioanni: neq sectus ē vt isaias: vt
corpus integrū τ indiuisibile morti seruet: τ nō fiat occasio
volētib⁹ ecclesiā diuidere. Volebat ēt subportare quā in
currerāt⁹ maledictionē: maledictā mortē. s. crucis susci
piēdo ƒm illud. Maledict⁹ hō qui pēdet i ligno. In cruce
ēt ēpāsis māib⁹ moriē: vt altera qdē māu veterē populū:
altera eos q sūt ex gētib⁹ trahat: vtrosq sibi cōiūgēs. Mo
riēs etiā in cruce a dēonib⁹ expiat aerē τ ascēsū nobis parat i
celos. THEO. Quia ēt p lignū mors intrauerat: necesse
erat vt per lignū exterminaret: τ vt dñs per ligni dolores
inest trāsiens ↄfutaret delectationem prouenientē ex ligno
GREGO. nissenus. Sed τ figura crucis a medio cōtactu
in quattuor extrema ptita: significat virtutē τ prouidentiā
eius qui in ea pepēdit vbiq diffusā. AVGV. de q̄. no. τ
ve. testamēti. Non frustra ēt tale genus mortis elegit: vt
latitudis: τ altitudis: τ lōgitudinis τ pfunditatis: cū quibus
apostolus logt magister existeret. Nā latitudo ē i eo ligno:
qd transuersū desup figit: hoc ad bōa opa ptiet: qr ibi extēdūt
manus. Lōgitudo i eo quod ab ipo ligno vsq ad terrā con
spicuū ē. ibi. n. quodāmō statur. i. psistit τ pseueratur quod
longanimitati tribuit. Altitudo ē in ea ligni pte que ab illo
qd transuersū figit: sursū versus relinqt: hoc ē ad caput cruci
fixi: qr bene sperātiū supna expectatio ē. Iā vero illud ex
ligno qd fixū occultat: vnde totū illud exurget: pfunditatē
significat gratuite gratie. CHRY. Duos etiā latrōes viri
q crucifixerunt: vt eo suspitionis fieret pticeps: vñ seqt.
Et latro. vnū a dextris: alī. a sinistris: sed ñ ita euenit: nā de illis
nil of. Huius āt crux vbiq honorat: reges diadēta dpo
nētes assūmūt crucē: in purpuris: i diadematib⁹ in armis: i
mēsa sacrata vbiq terrarū crux emicat: sꝫ talia sūt hūmāa.
Uirtutib⁹. n. istis q egerūt strēnue arridēt ppria gesta. his āt
penitib⁹ peūt: sed i xpo totū cōtrariū. Nā ante crucē oīa me
sta erāt aūt crucifixus ē oīa clariora facta sunt: vt noscas nō
purū hoīem esse crucifixū. BEDA. Duo aūt latrones cū

xpo crucifixi: significāt eos q sub fide xpi vel agone marty
rij vel ↄtinētie artiore instituta subeūt: sed q hec pro eter
na gloria faciunt dexteri latronis: qui autem humane lau
dis intuitu: sinistri latronis actus imitantur.

C Jesus aūt dicebat : Pater dimitte illis. Non
.n. sciūt qd faciūt. Diuidētes vero vestimēta ei⁹
miserūt sortes: τ stabat populus expectās: τ dri
debāt eū principes cū eis dicentes. Alios saluos
fecit: seipsū saluū faciat: si hic est xps dei elect⁹.
Illudebāt āt ei: τ milites accedētes: τ acetū offe
rētes ei dicētes. Si tu es rex iudeorū saluū te fac.

CHRY. Quia dñs dixerat. Orate pro persequentibus
vos: hoc ēt crucē ascēdens fecit. vñ sequitur: Jesus autē di.
pr̄ di. illis. Nō qr nō posset ipse relaxare: sed vt nos pro per
sequentibus orare doceret: nō solum verbo: sed τ opere. Di
cit autē: dimitte eis: si penituerint. Fauet. n. penitentibus si
vellēt post tantā nequicuā reatus p fidē diluere. BEDA.
Neq putādū est hic cū frustra orasse: sed in eis q post eius
passionē crēdiderunt: qd orabat impetrasse. Notandū sane
q non pro eis orauit qui filium dei intellexerunt crucifige
re: nec confiteri voluerunt: sed pro eis q nesciebant quid fa
cerēt: zelū dei hñtes: sed nō fꝫ sciam. vñ subdit: Nō. n. sciūt
qd faciūt. GRECVS. Permanētes vo post crucē i īfide
litate nullus per ignorantiā iuuari putabit digris miracu
lis sonora voce eū pdicantib⁹ eē deū. AMBRO. Refert
q cōsiderare q̄lis crucē ascēdat: nōdū. n. video talis q ascen
dat: q sciūt vincere parat: vt sciū adminēta nō q̄rat: victus ē
aūt adā q vestimēta q̄siuit: vicit ille q tegumēta deposuit: τ
talis ascēdit: quales nos auctore deo natura formauit: talis
in paradiso primus hō habitauerat: talis in paradiso homo
secundus intrauit. Pulchre autē ascēsurus crucem regalia
vestimenta deposuit: vt scias quasi hoīem passum esse: non
quasi deū regē: cū vtriusq xps. ATHANA. Qui ēt cun
ctas conditiones nostras cā nři susce pit: induit vestimēta
nostra signa mortificationis adē: vt exuat illa τ hoīi vice
induit nos vitam τ incorruptionem. Sequit: Diuidentes
vero vestimēta eius miserūt sortes. THEO. Forsitan. n.
plures eorū egebāt: vel forte magis ad obprobrium hoc fa
ciebant: τ ex quadā lasciuia: quid. n. preciosum inueniebant
in vestib⁹: BEDA. In sorte aūt dī gra dei ↄmendata est:
qr cū sors mittit nō psone cuiusq vel meritis: sed occulto
dei iudicio cedit. AVGV. de cō. euā. Hoc qdē breuiter
dictū ē a tribus euangelistis. Joānes distinctius hoc expli
cat: quēadmodū hoc gestū sit. THEO. Deridētes igitur
hoc agebāt. Nā vbi principes subsannabāt qd dicere opor
tet ō vulgo. Seqtur. n. Et stabat populus qui spectarat eū
crucifigi. Spectans. s. finem. Et deridebant eū principes cū
eis. AVGV. de cōsen. euā. Qr pncipes dixit nec addidit
Sacerdotū: oēs pmates generali noie complexus ē: vt ibi
possent intellige scribe τ seniores. BEDA. Qui ēt nolētes
ↄfitent q alios saluos fec. Seqtur. n. dicētes. Alios saluos
fec: seips saluū faciat. si hic ē xps di elect⁹. ATHANA.
Dñs aūt vere saluator nō saluādo seips: sed creaturā liberā
do volebat cognosci saluator. Neq. n. medic⁹ qr sibi mede
tur medicus eē cognoscit: nisi erga lāguidos artē probet: sic
dñs saluator existēs: nō habeat opus salutis: neq descendē
do de cruce volebat cognosci saluator: sed moriendo. multo
nāq maiorē salutē mors saluatoris affert hoīb⁹ q descen
sus de cruce. GRECVS. Videns aūt diabolus nullū eē
sibi defensaculū turbabat: τ quasi aliud nō valēs tētauit vl
terius ppinari saluatori acetū ad bibendū. Seqtur. n. Illu
debant aūt ei τ milites accedentes: acetum offerentes illi.
quod contra seipsum facere diabolus ignorabat. Nam ama
ritudinem ire ex preuaricatione legis factam quā cunctos

detinebat saluatori prebebat quã ille sumẽs cõsumebat: vt vice aceti vinũ det nob̃ i potũ. qd̃ sapia miscuit. THEO. Obtulerũt aũt milites xp̃o acetũ q̃si regi subministrantes: Sequit̃ n̄. Dicẽtes. Si tu es rex iudeorũ saluũ te fac. BEDA. Et notandũ q̃ iudei vocabulum xp̃i scripture sibi auctoritate creditum blasphemãtes irridẽt. Milites vero vt pote scriptura᷑ nescij non christo sed regi iudeorũ insultant.

¶ Erat aũt ⁊ superscriptio scripta sup eũ l̃ris grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis: hic ẽ rex iudeo᷑. Unus aũt de his q̃ pẽdebãt latronibus blasphemabat eũ dicẽs. Si tu es xp̃s: saluũ fac temetip̄z ⁊ nos. Rñdens aũt alter increpabat eũ dicẽs. Neq̄z tu times deũ: q: in eadẽ damnatiõe es. Et nos q̄dẽ iuste: nã digna factis recipimus. Hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad iesũ. Dñe memẽto mei cũ veneris in regnũ tuũ. Et dixit illi iesus. Amẽ dico tibi: hodie mecum eris in paradiso.

THEOPHI. Aliã attẽde sagacitatẽ demonis agitatã i ꝑpĩm: triplici n̄. littera᷑ figura pmlgabat accusationẽ iesu: ne. s. quẽq̄ trãseũtiũ lateat q̃ ob hoc suspensus fuerat: quia se regẽ faciebat. Dr̃ n̄. erat aũt ⁊ superscriptio scripta sup illũ litteris grecis latinis ⁊ hebraicis. Hic est rex iudeo᷑. p qd̃ significabat potẽtissimas gentiũ: quales erant romani prudẽtissimas: quales greci maxime deũ colẽtes: quale fuit iudeo᷑ genus: subijci debere imperio xp̃i. AMBRO. Merito aũt supra crucẽ ponit̃ titulus: q: nõ humani corporis, sed diuine potẽis ẽ regnũ qd̃ h̃z christ᷒. Lego titulũ regis iudeorum cũ lego. Regnũ meũ nõ ẽ de hoc mũdo. Lego cãz xp̃i super caput eius scriptã cũ lego: Et deus erat verbũ: caput n̄. xp̃i deus. CYRIL. Alter aũt latronũ eadẽ cũz iudeis cruciabat. Seq̄t̃ n̄. Unus aũt de his qui pendebãt latronibus blasphemabat eũ dicẽs: Si tu es xp̃s: saluũ fac teip̄z ⁊ nos. Alter vero refrenabat voces ipsius. Sequit̃ n̄. Rñdẽs ãt alter icrepabat eũ dicẽs. Neq̄z tu times deũ: q: i eadem damnatiõe es. Sed ⁊ ꝓpriũ reatum confessus est subdẽs. Et nos q̄dẽ iuste: nã digna factis recipim᷒. CHRY. Hic fungitur vice iudicis cõdemnan̄s ⁊ incipit de veritate censere qui corã pilato post multa tormenta confessus ẽ scelera. Quia aliud est homo censor quez latẽt intima: ⁊ aliud ds qui mentes penetrat. Et ibi q̄dẽ post cõfessionẽ pena subsequitur: hic aũt cõfessio fit ad salutem: sed et xp̃m ꝓnunciat inocẽtẽ cũ subdit: Hic vero nihil mali fec̃ q. d. Nouã vide iniuriã: honestatez damnari cũ scelere. Nos vincẽtes occidimus: hic mortuos suscitauit: nos aliena furamus furari: hic ⁊ sua iubet tribuere. beatus igitur latro astantes docebat talia differẽs: quib᷒ alterũ icrepabat. Sed vt videt extictos audit᷒ astantiũ: redit ꝯsequenter ad eũ qui nouit p̄cordia. Sequit̃ n̄. Et dicebat ad iesũ. Dñe memẽto mei cũ veneris in regnũ tuũ. Crucifixum aspicis: ⁊ dñm ꝓfiteris. cõdẽnati vides figurã: ⁊ regis predicas dignitatem. Mille malis imbutus: postulas iusticie fontez reminisci tue nequicie: sz dicens: video q̄dẽ apparẽs opprobriũ: sed intueor latẽs regnũ. ⁊ tu auertis mea publica scelera: ⁊ acceptas fidem intentionis occulte: Discipulũ veritatis vsurpauit nequicia: discipulũ nequicie nõ commutabit veritas: GREGO. xviij. mo. In cruce claui manus eius pedesq̄z ligauerant: nihilq̄z s pẽis l eo liberũ nisi cor ⁊ lingua remanserũt. Inspirãte deo totũ illud ei obtulit: qd̃ i se liber᷑ iuẽit. vt iuxta hoc qd̃ scriptũ ẽ. Corde crederet ad iusticiam: ore cõfiteretur ad salutem. Tres autem virtutes quas apostolus memorat: subito repletus gratia: ⁊ accepit latro: ⁊ seruauit in cruce. Fidem nãq̄z habuit: qui regnaturũ deũ credidit: quẽ secũ pariter morientẽ vidit: spez habuit: qui regni eius aditũ postulauit: q̄ charitatẽ quoq̄z i morte sua viuaciter tenuit: q̄ fratrẽ ⁊ collatronem pro simili scelere morientẽ de iniquitate sua redarguit. AMBRO. Pulcherrimũ aũt datur affectãde conuersionis exẽplum q̃ tam cito latroni venia relaxatur. Cito ignoscit dominus: quia cito ille cõuertitur ⁊ vberior ẽ gratia q̃ precatio. semp enim domin᷒ plus tribuit q̃ rogatur. ille rogabat vt memor sui eẽt. De dño autem sequit̃. Et dixit illi iesus: Amen dico tibi: hodie mecũ eris in paradiso. Uita est enim esse cum xp̃o. ⁊ vbi christus ibi regnum.

THEO. Et quẽadmodũ quisq̄z rex victoriosus rediens ex triumpho optima preda᷑ fert secum: sic ⁊ dominus predatus portionẽ diabolica᷑ predarum scilicet latronem duxit secũ in paradisum. CHRY. Erat ergo videre saluatorẽ in medio latronũz: trutinam iusticie. trutinantem fidem ⁊ infidelitatem. Expulit diabolus de paradiso adã: christus latronem impulit ante totum orbem ⁊ ante apostolos. nudo verbo sola fide in paradisum introiuit. ne quis post errores introitum desperaret. Attende celeritatez a cruce in celos: a condemnatione in paradisum: vt noueris nõ ad beniuolentiam illius: sed ad clementiam dominum totũ fecisse. Si aũt iam facta est bonorum retributio: nunquid superflua erit resurrectio: Si enim introduxit latronem in paradisum: corpus autem eius corruptũz remansit foris: liquet non esse resurrectionem corporum. hec dicũt illi. Sed caro que fuit laborum particeps: nunquid priuabitur premijs: Audi paulũ dicẽtẽ. Oportet corruptibile hoc incorruptionem induere: Sed si dominus pollicitus est regnum celorum. introduxit autem latronem in paradisum. nondum ei retribuit premia. Sed dicunt nomine paradisi regnum celorum noiauit: vsitato nomine vtens dum alloqueretur latronem qui nihil audiuerat de arduis documentis. Quidã autem non sic legunt. Hodie mecũ eris in paradiso. sed sic: Dico tibi hodie: ⁊ consequenter. Mecum eris in paradiso. Sed adhuc euidentiorez solutionẽ subiungemus. naz medici cum vidẽt aliquem desperatũ: dicũt iam mortuus est. Sic ⁊ latro quoniam non amplius timebatur eius regressus ad perditionem: dicitur paradisuz introisse. THEO. Hoc tamen est verius omnib᷒. q̃ quãuis omnia ꝑmissa sortiti sunt. ⁊ latro ⁊ alij sancti. ne sine nobis consumerentur: vt dicitur in epistola ad hebreos. sunt tamen in regno celorũ ⁊ in paradiso. GREGO. nissenus. Hic iter᷑ oportet discutere quomodo latro censeatur dignus paradiso cuz sanctis flammea framea prohibeat introitum. Sed attende q̃ sermo diuinus caz versatilẽ dicit vt indignis quidem obuiet dignis vero liberum ad vitaz patefaciat aditũ. GRE. xxij. mo. Uel illa rumphea flãmea versatilis dicitur: pro eo q̃ scisset quandoq̄z venire tempus vt etiã remoueri debuisset. quando scilicet veniret qui sue incarnationis mysterio paradisi nobis iter aperiret. AMBRO. Sed ⁊ illud soluendum est. q̃a alij scilicet mattheus ⁊ marcus duos conuitiantes inducunt latrones: iste vnum conuitiantẽ: vnum rogãtem: fortasse ⁊ iste prius cõuitiatus est: sz repẽte cõuersus ẽ. Potuit etiam de vno pluraliter dici: sicut est illud. In caprinis pellibus ãbulabãt: Secti sunt: cũ solus helias melote habuisse: Isaias sectus esse doceatur. Mystice autem duo latrones populos peccatores significant per baptismũ crucifigendos esse cum christo: quorum dissensio diuersitatem pariter credentium significat. BEDA. Quicunq̄z enim baptiçati sumus in christo iesu: in morte ipsius baptiçati sumus: per baptismum autem cum peccatores essemus abluimur: sed alij dum deum in carne passum laudant coronantur: alij dum aut fidem aut opera baptismi habere renuunt: dono quod accepere priuantur.

¶ Erat aũt fere hora sexta: ⁊ tenebre facte sunt in vniuersa terra vsq̄z in horã nonã. Et obscurat᷒ ẽ

sol: ⁊ velũ tẽpli scissũ ẽ mediũ: Et clamãs voce magna iesus ait. Pater: in man⁹ tuas commendo spiritum meũ. Et hec dicens expirauit.

CYRIL. Postq̃ cruci tradiderunt dominũ omnium mundi machina lugebat proprium dominum: ⁊ obtenebrata est lux in meridie sm̃ amos. vnde dr̃. Erat aũt fere hora sexta: ⁊ tenebre facte sunt in vniuersa terra vsq3 in horaz nonam. Quod erat manifestum iudicium q̃ forent passure caliginez vnigenitum anime. AVGV. de con. euangelistarum. Hoc autem quod de tenebris dictum est: etiã alij duo mattheus ⁊ marcus contestantur. Addit autẽ lucas vnde facte sunt tenebre: cum subdit. Et obscuratus est sol. AVGV. tertio de ciuitate dei. Quaz solis obscurationem non canonico cursu siderum accidisse satis ostendit: q̃ tunc erat pascha iudeorũ: quod plena luna solenniter agitur. Regularis aũt solis defectio: nõ nisi fine lune cõtingit. DIONY. ad polycarpum. Apud heliopolim enim tunc presentes inopinabiliter soli lunam incidentẽ videbamus. nõ. n. erat conueniens tẽpus: ⁊ rursus ipsaz a nona hora vsq3 ad vesperum ad solis diametrum supernaturaliter restitutaz. Eclypsim etiam illam ex oriente vidimus inchoatam ⁊ vsq3 ad solarem terminum venientem: postea regredientem rursus ex eodez nõ defectũ ⁊ repurgationem: sed econtrario sm̃ diametrum factam. talia sunt eius temporis supernaturalia: ⁊ soli christo qui est omniũ causa possibilia. GRECVS. Hoc igitur prodigiuz factum est: vt pateret q̃ qui mortem susceperat: gubernator esset totius creature. AMBRO. Sol etiam occidit sacrilegis. vt funesti spectaculũ sceleris obumbraret: tenebre effuse sunt oculis perfidorũ vt fidei lumen resurgeret. BEDA. Volens autem lucas miraculum miraculo adiungere subiungit. Et velum templi scissum est medium. Hoc expirante domino factum est: sicut mattheus ⁊ marcus cõtestantur: sed lucas preoccupãdo narrauit. THEO. Per hoc autem dominus ostendebat: q̃ nõ erunt vlterius sancta sanctorũ inaccessibilia: sed tradita in manus romanorũ inquinarentur ⁊ eorum aditus pateret. AMBRO. Velum etiã scinditur: quo vnoz populorum diuisio synagoge prophanatio declaratur. Scinditur velum vetus: vt ecclesia noua fidei sue vela suspẽdat. Synagoge velamen suspenditur: vt religionis interna mysteria reuelata mentis cernamus intuitu. THEO. Per hoc etiam ostẽditur q̃ velũ quod sequestrabat nos a sacris que sunt in celo disrumpitur: idest dei inimicitia ⁊ peccati. AMBRO. Deinde ẽt vbi assumpte mortalitatis impletũ est omne mysterium ⁊ immortalitatis sola remansit. vnde sequitur. Et clamans voce magna ait iesus: Pater in man⁹ tuas commendo spiritũ meum. BEDA. Patrem inuocãdo filium dei se esse declarat: spiritum vero commendãdo: non defectum sue virtutis: sed confidentiam eiusdem cum patre ptãtis insinuat. AMBRO. Caro moritur vt resurgat spiritus. Patri commendatur: vt celestia quoq3 ab iniquitatis vinculo soluerentur: ⁊ pax fieret in celo: quam terrena sequerentur. CYRIL. Hec aũt vox edocet q̃ anime sanctorum non deinceps in inferno clauduntur vt prius: sed apud deum sunt: huius rei facto christo principio. ATHANA. Cõmendat enim patri p se vniuersos mortales in se viuificatos: nam sumus membra eius: sm̃ illud apostoli ad galath. Oẽs vnum estis in christo. GREGO. nisenus. Docet autem querere qualiter in eodem tempore dominus tripertitur seipsũz in viscera terre: vt dixerat phariseis. In paradisũz dei: vt dixit latroni: in manus paternas vt nunc dicitur. Sed recte considerãtibus hoc nec questione dignum videtur: nam qui vbiq3 est per diuinam potentiam quolibet loco adest. AMBRO. Commendatur ergo patri spiritus: sed cum sit in superioribus: illuminat ⁊ inferna: vt vniuersa redimantur: ⁊ enĩz christus omnia ⁊ in christo omnia. GREGO. nisenus. Alia solutio est q̃ tempore passionis neutram partem humanitatis semel vnita diuinitas dimisit: sed animam de corpore sponte dissumpsit: se tamen in vtroq3 permanentez ostendit. nam per corpus in quo mortem suscepit. consumauit mortis potentiaz. per animam vero latroni parauit introitum paradisi. Dicit autem Isaias de superna hierusalem: que a paradiso non est alia: Super manus meas depinxi menia tua. vnde palaz est q̃ existẽs in paradiso manus patris inhabitabat. DAMA. Vel expressius loquẽdo ĩ se pulchro erat sm̃ corpus: in inferno sm̃ animam: sed sicut de⁹ ⁊ in paradiso cũ latrone: ⁊ in throno erat cũ prẽ ⁊ spiritusancto. THEO. Clamãs vero alta voce expirat: q̃ erat et potestas ponẽdi aiaz suã: ⁊ eã resumẽdi. vñ sequitur: Et hec dicẽs expirauit. AMBRO. q. d. Tradidit spiritũ q̃ nõ inuitus amisit. qd̃. n. emittit̃: voluntariũ est. qd̃ amittit̃ necessariũ.

Videns autẽ cẽturio quod factum fuerat: glorificauit deum dicẽs: Vere hic homo iust⁹ erat. Et omnis turba eoz qui simul aderãt ad spectaculum istud: ⁊ videbãt que fiebant: pcutiẽtes pectora sua reuertebantur. Stabant autez omnes noti eius a longe: ⁊ mulieres que secute eũ erant a galilea hec videntes.

AVGV. quarto de trinitate. Cum post illam vocem cõtinuo tradidit spiritũ: hoc maxime q̃ aderãt sunt mirati. lõga. n. morte cruciabãtur ligno suspensi. vnde dicit̃. Videns aũt centurio qd̃ factũ fuerat: glorificauit deũ dicens: Vere hic homo iustus erat. AVGV. de consen. euãgeli. Nõ est aũt cõtrarium q̃ mattheus viso terremotu: dicit admiratũ cẽturionez: cũ lucas dicat hoc eũ admiratum fuisse q̃ emissa illa voce expirasset: ostendens quam potestatem habuit quando moreretur. In eo autem quod mattheus dixit non solum viso terremotu: sed addidit ⁊ his que fiebant integre loci fuisse demonstrauit latitudinem: vt diceret ipsius domini mortem fuisse miratum. Ex autez lucas etiaz ipse dixit: Vidẽs autẽ centurio quod factum erat: eo genere inclusit omnia que facta erant in illa hora mirabiliter tanq̃ vnuz mirabile factũ cõmemorans: cuius quasi membra ⁊ partes erant omnia illa miracula. Quod autez alius dixit centurionem dixisse. Vere filius dei erat iste: Lucas autem ait q̃ iustus erat: putari põt diuersum: sz vel vtrumq3 dictũ a centurione debemus intelligere: ⁊ aliud illũ: ⁊ aliud istum cõmemorasse: vel fortasse lucã exprimere voluisse sententiaz centurionis: quomodo dixerit iesuz filiũ dei. forte. n. nõ eum vnigenitum equalem patri centurio intellexerat. Sed ideo filiũ dei dixerat: quia iustũ crediderat sicut multi iusti dicti sunt filij dei. Iã vero quia mattheus addidit eos qui cũ cẽturione erant: lucas vero hoc tacuit non est contrarium: cũ alius dicit quod alius tacet: ⁊ mattheus dixit. Timuerũt valde. lucas autez non dixit. Timuit. sed glorificauit deum: quis non intelligat deuz timendo glorificasse? THEOPHI. Nũc autẽ videtur effectum sortiri quod dominus dixerat. Cũ exaltatus fuero: omnia ad me traham. Exaltatus nãq3 in cruce attraxit latronez ⁊ centurionẽ: sed ⁊ quosdã iudeorũz de quibus sequitur. Et omnis turba eoz qui simul aderant ad spectaculuz istud: ⁊ videbant que fiebant percutiẽtes pectora sua reuertebantur. BEDA. Quod percutiebãt pectora: quia penitentie ⁊ luctus indiciuz est: potest dupliciter intelligi. siue enim eũ cuius vitã dilexerunt iniuste occisũz dolebant: siue cuius mortez se impetrasse meminerant hũc in morte amplius glorificatũ tremebãt. Notãduz autẽ q̃ gentiles deũ timentes: aperte cõfessionis voce glorificant: iudei percutientes solũz pectora: silentes domum

redeunt. AMBRO. O duriora saxis pectora iudeorum. Iudex arguit credit minister proditor scelus suum morte condemnat: elementa fugiunt: terra concutitur: monumenta reserantur: iudeorum tamen immobilis durities manet orbe concusso. BEDA. Unde merito per centurionem fides ecclesie designatur: que dei filium tacente synagoga confirmat. Impletur aut quod dominus patri conqueritur dicens. Elongasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria. vnde sequitur. Stabant autem omnes noti eius a longe. THEO. Sed femininum genus olim maledictum manet et videt hec omnia. Sequitur enim: Et mulieres que secute erant eum a galilea hec videntes. Et sic prime refocillantur iustificatione ut benedictione a passione profluente sic et resurrectione.

¶ Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio vir bonus et iustus: hic non consenserat consilio et actibus eorum: ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat et ipse regnum dei. Hic accessit ad pilatum et petiit corpus iesu: et depositum inuoluit in syndone: et posuit eum in monumento exciso in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat parasceues et sabbatum illucescebat. Subsecute autem mulieres que cum eo venerant de galilea viderunt monumentum: et quemadmodum positum erat corpus eius: et reuertentes parauerunt aromata et vnguenta et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

GRECVS. Fuerat quoque ioseph occultus christi discipulus denique vinculum timoris rumpens feruentior factus dominicum corpus turpiter pendens a ligno deposuit: comparans preciosam margaritam verborum modestia. vnde dicitur. Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio. BEDA. Decurio vocatur quod sit de ordine curie et officia curie administret: qui etiam curialis a procurando munera ciuilia solet appellari. Magne ergo ioseph dignitatis apud seculum sed maioris apud deum meriti fuisse laudatur. vnde sequitur: Uir bonus et iustus hic non consen. consi. et acti. eorum: ab arimathia ciuitate iudee. Arimathia ipsa est ramatha ciuitas helcane et samuelis.

AVGV. de con. euan. Dicit autem iohannes quod erat discipulus iesu. vnde et hic subditur: Qui expecta. et ipse regnum dei. Merito autem monet: Cur ille qui propter timorem occultus erat discipulus: ausus sit petere corpus eius: quod nullus eorum qui eum palam sequebantur auderet. Sequitur enim: Hic accessit ad pilatum et petiit corpus iesu. Sed intelligendum est istum fiducia dignitatis hoc fecisse qua preditus poterat familiariter intrare ad pilatum. In extremo autem illo officio funeri exhibendo minus videtur curasse de iudeis: quamuis soleret in domino audiendo eorum inimicitias deuitare. BEDA. Sic igitur per iusticiam meritorum sepeliendo corpori dominico dignus fuit per nobilitatem potentie secularis illud impetrare. vnde sequitur: Et depositum inuoluit in syndone. Ex simplici sepultura domini ambitio diuitum condemnatur: quia nec in tumulis quidem possint carere diuitiis. ATHA. Enormiter etiam agunt qui condiant corpora mortuorum et ea non sepeliunt etiam si sancta sint: quid enim sanctius aut maius domini corpore: quod tamen in monumento positum est donec die tertia resurrexit. Sequitur enim. Et posuit eum in monumento exciso. BEDA. Scilicet de petra ne si ex multis lapidibus edificatum esset post resurrectionem suffossis tumuli fundamentis ablatus furto diceretur. In nouo etiam posuit monumento. Nam sequitur: In quo nondum quisquam positus fuerat: ne post resurrectionem ceteris corporibus remanentibus surrexisse alius suspicaretur: quia vero sexta die homo factus est: recte dominus sexta die crucifixus humane reparationis impleuit arcanum. vnde sequitur: Et erat dies parasceues: quod preparatio interpretatur: quo nomine sextam feriam appellabant: quia ea die que in sabbatum forent necessaria preparabant: quia vero septimo die requieuit conditor ab opere suo. Sabbato dominus in sepulchro requieuit. vnde sequitur. Et sabba. illucescebat. Supra autem legimus: quia stabant omnes noti eius a longe: et mulieres que secute erant eum. his igitur notis iesu post depositum eius cadauer ad sua remeantibus: sole mulieres que artius amabant funus subsecute: quo poneretur inspicere cupiebant. Sequitur enim: Subsecute autem mulieres que cum ipso venerant de galilea viderunt monumentum: et quemadmodum posi. erat cor. eius. vt. s. ei tempore congruo munus possent sue deuotionis offerre. THEO. Neque tamen fidem debitam adhuc habebant: sed quasi puro homini aromata et vnguenta parabant more iudeorum qui talia exhibebant defunctis. vnde sequitur. Et reuer. parauer. aroma. et vnguenta. BEDA. Sepulto enim domino quandiu licebat operari. i. vsque ad solis occasum vnguentis preparandis erant occupate. Mandatum autem erat: vt sabbati silentium. i. quies a vespera vsque ad vesperam seruaretur. Sequitur enim. Et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. AMBRO. Mystice autem iustus christi corpus sepelit. Talis est enim christi sepultura que fraudem iniquitatemque non habeat. Merito autem mattheus hunc diuitem dixit. suscipiendo enim diuitem nesciuit fidei paupertatem. iustus corpus christi operit syndone. vesti et tu domini corpus gloria sua: vt et ipse sis iustus: et si mortuum credis: operi tamen diuinitatis plenitudine sue: sed et vestitur ecclesia innocentie gratia. BEDA. Ille etiam in syndone munda inuoluit iesum qui pura mente eum susceperit. AMBRO. Nec ociose alius euangelista monumentum nouum dixit: alius monumentum ioseph. enim tumulus his paratur qui sub lege sunt mortis. victor mortis tumulum suum non habet. Que enim communicatio tumulo et deo: solus enim tumulo includitur: quia mors christi et si sit communis secundum naturam: specialis est secundum virtutem. Bene autem christus in monumento conditur iusti: vt iusticie habitatione requiescat. monumentum enim hoc in duritie gentilis petra iustus excidit penetrali verbi vt pretenderet in nationibus virtus christi: cui pulcherrime admotus est lapis. Quicunque in se bene humauerit christum: diligenter custodiat ne eum perdat: ne ve perfidie sit ingressus. BEDA. Quod autem dominus sexta die crucifigitur: septima in sepulchro quiescit: significat quod in sexta mundi etate nos pro domino pati: et velut mundo crucifigi necesse est. in septima vero id est post mortem corpora quidem in tumulis: anime vero cum domino requiescunt: vsque huc et mulieres sancte. i. anime humiles dilectione feruentes passioni christi diligenter obsequuntur. et si forte valeant imitari: sedula curiositate quo ordine sit eadem passio completa perpendunt: quas lecta: audita: recordata: mox ad paranda se opera virtutum quibus christus delectetur conuertunt: vt futura presentis vite parasceue et requie beata: tempore resurrectionis occurrere christo valeant cum aromatibus spiritalium actionum. CAPI. XXIIII.

Una autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum portantes que parauerant aromata: et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento: et ingresse non inuenerunt corpus domini iesu. Et factum est dum mente consternate essent de isto: ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem et declinarent vultum in terram dixerunt ad illas. Quid queritis viuentem cum mortuis? Non est hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cum adhuc in galilea esset dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum

τ crucifigi: τ die tertia resurgere. Et recordate sunt verbo℞ ei⁹: τ regresse a monumento nũciauerũt hec omnia illis vndeci: τ ceteris omnib⁹. Erat autem maria magdalene τ ioana: τ maria iacobi: τ cetere que cum eis erãt que dicebãt ad apostolos hec. Et visa sunt ãte illos sicut deliramẽtum verba ista: τ non crediderunt illis. Petrus aũt surgens cucurrit ad monumentum: τ procumbens vidit linteamina sola posita: τ abijt secũ mirans quod factum fuerat.

BEDA. Religiose mulieres nõ solũ in die parasceue sꝫ etiã sabbato transacto. i. sole occidente: mox vt operandi licentia remeauit emerunt aromata: vt venientes vngerẽt corp⁹ iesu sicut marc⁹ testatur: preoccupante tñ iã noctis articulo monumentũ adire non valuerunt. Et ideo dicitur: Una aũt sabbati valde diluculo venerunt ad monumentũ portãtes que parauerant aromata. Una sabbati siue prima sabbati prima e a sabbato quã diez dominicã pp dñi resurrectionẽ mos christian⁹ appellat. Qꝫ autẽ valde diluculo mulieres venere ad monumẽtũ: magn⁹ feruor quẽdi τ inueniẽdi dñm [illegible] charitatis ostendit. AMBRO. Sꝫ magna oritur hoc loco plerisq3 dubitatio: sigdẽ hic valde diluculo: Mathe⁹ vespere sabbati mlieres ad monumẽtũ venisse dixerit. Sꝫ euãgelistas de diuersis putes dixisse temporib⁹: vt primas alias mulieres τ alias cognoscas visiones. Qꝫ autem scriptum est Uespere sabbati que lucescit i prima sabbati resurrexisse dñs intelligendũ est: vt neq3 mane dominica que est prima post sabbatũ: neq3 sabbato resurrectio facta credatur: nam quomodo triduũ cõpletur: Non ergo vesperascente die: sꝫ vespere noctis resurrexit. Deniq3 grec⁹ Sero dixit. Sero aũt hora significat i occasu diei τ rei cuiuslibet tarditatẽ: quomodo si dicas: Sero mihi suggestuz est. Est ergo τ sero tps noctis pfundũ: vñ τ mulieres ad mõumentũ accedẽdi hñt facultatez custodib⁹ gescẽtib⁹. Et vt scias nocte factũ mulieres alie sciunt: alie nesciunt. sciunt que obseruant noctibus τ diebus: nesciũt que recesserunt. Nescit vna maria magdalene fm ioannem: nam eadem τ ante scire τ postea nescire nõ potuit. ergo si plures marie: plures etiã fortasse Marie magdalene: cũ illud nomẽ persone sit: hoc sumatur a loco. AUGU de consen. euangelista. Uel Mattheus ex prima parte noctis qꝫ ẽ vespere: ipsã voluit noctẽ significare cui⁹ noctis fine venerunt ad monumẽtũ. τ hoc ea de causa: quia iam a vespere parauerant: τ licebat afferre aromata transacto sabbato. EUSE. Iacebat aũt organũ verbi extinctũ: magn⁹ vero lapis claudebat sepulchrũ: quasi mors cũ duxisset captiuum: sed nondum lapso triduo vita se prodit iterum post sufficientez mortis conuictionem. vnde sequitur. Et inuenerunt lapidem reuolutũ a monumento. THEOPHI. Nam Angelus reuoluerat eũ: vt testatur Mattheus. CHRY. Amotus est autẽ lapis post resurrectionem propter mulieres: vt credant resurrexisse dominum videntes monumentum vacuum corpore. vnde sequitur: Et ingresse non inuenerunt cor. do. iesu. CYRIL. Cum igitur non inuenissent corpus christi quod resurrexerat: ducebantur diuersis cogitationibus: τ propter amorem christi τ adhibitam sollicitudinem meruerunt visionẽ angelicam. Sequitur enim: Et fac. est dum mente consternate essent de isto: ecce duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgenti. EUSE. Iocunditatis τ gaudij indicia salutifere resurrectionis τ fulgentes amictu⁹ prestitere. Moyses enim plagas egiptijs preparans in flamma ignis angelum perspexit: sed non tales visi sunt mulieribus in sepulchro: sed mites τ hilares: quales decebat cõspici i regno τ gaudio dñi. Et sicut i passione eclipsatus ẽ sol mestus τ angustie signa promens crucifigentibus filiũ dei: ita angeli vite ac resurrectionis precones habitum salutifere festi candidati designabant. AMBRO. Sed quomodo marcus vnum iuuenem in albis sedentẽ: mattheus vnum: Ioannes τ lucas duos angelos in albis sedentes visos esse memorauerunt: AUGU. de consen. euangelista. Possumus intelligere vnum angelũ visũ a mulieribus: τ fm Marci τ fm Mattheũ: vt eas ingressas in monumentũ accipiamus. i. in aliquod spaciũ qꝫ erat aliqua materia cõmunitũ ante lapideam sepulchri locũ atq3 ibi vidisse angelũ sedẽtẽ a dextris qꝫ dicit Marcus. deinde intuentib eis vbi inspicerent locum in quo iacebat corpus dñi visos duos alios angelos stantes sicut dixit lucas locutos ad earũdẽ exhortãdũ animũ τ edificandam fidẽ. vnde sequitur: Cũ time. au. τ declina. vul. in ter. BEDA. Sancte mulieres astantibus sibi angelis nõ in terram cecidisse: sed vultũ dicunt in terrã declinasse nec quẽpiã sanctorũ legimus tpe dominice resurrectiõis vel ipsi dño vel angelis sibi visis terre pstratũ adorasse. vñ mos obtinuit ecclesiasticus vt vel in memoriã dñice vel in spez resurrectiõis oibus dñicis diebus τ toto quinquagesime tẽpore nõ flexis genibus: sed declinatis in terrã vultib⁹ oremus. Nõ erat aũt in monumentoq locus est mortuorũ: dñs ille qui ad vitã resurrexit a mortuis. Et iõ subdit: Dixerũt ad illas. s. angeli ad mulieres. Quid queritis viuẽ. cũ mor. nõ ẽ hic: sed surrexit. Die aũt tertia sicut ipse inter discipulos tã viros q̃ feminas predixit resurrectiõis sue triũphũ celebrauit: vñ sequit: Recor. qñ. locu. ẽ vo. cũ adhuc in galilea esset dicens: Quia opor. filiũ homi. tra. in manus hominũ pecca. τ cruci. τ tertia die resurgere. Die nãq3 parasceue hora. ix. spiritũ tradẽs vespere sepultus. mane prima sabbati resurrexit. ATHA. Poterat siquidẽ statim suscitare corpus a morte. Sed dixisset aliquis eum nequaquam fuisse vel non plene mortem ei inhesisse τ fortasse si resurrectio domini fuisset dilatata: latuisset incorruptionis honor. Ut igitur corpus ostenderet mortuum: vnius interpellationem diei passus est: τ tertia die corpus suum incorruptum demonstrauit. BEDA. Uno etiam die in sepulchro τ duabus noctibus iacuit: quia lucem sue simple mortis tenebris duplicis nostre mortis adiunxit. CYRIL. Instructe autem mulieres angelorum affatibus accelerantes retulerunt discipulis. vnde sequitur: Et recordate sunt verborum eius. Et regresse a monumento nunciauerunt hec omnia illis vndecim τ ceteris omnibus. Nanq3 femina que quondam mortis fuit ministra venerandum resurrectionis mysterium prima percipit τ nunciat. Adeptum est igitur femineum genus τ ignominie absolutionem τ maledictionis repudium. AMBRO. Mulieribus autem docere in ecclesia non permittitur: sed domi viros suos interrogant. Ad eos ergo femina mittitur qui domestici sunt. Que autem fuerint he mulieres ostendit subdens: Erat autem maria magdalene. BEDA. Ipsa est soror lazari. Et ioanna vxor cuse procuratoris herodis. Et maria iacobi. i. mater iacobi minoris τ ioseph. Et cõmuniter de alijs subdit: Et cetere q̃ cũ eis erãt: q̃ dicebãt ad apostolos hec. Ut n. ppetuũ reatum apud viros mulier opprobriũ non sustineret: que culpã viro transfuderat: transfudit τ grãm. THEO. Est aũt naturaliter incredibile mortalibus resurrectionis miraculum. vnde sequitur: Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista: τ non credebãt illis. BEDA. Quod non tam illorũ infirmitas q̃ nostra vt ita dicam futura firmitas fuit. Ipsa nãq3 resurrectio illis dubitantibus per multa argumẽta monstrata est que dũ nos legentes agnoscimus de eorum dubitatione solidamur. THEO. Petrus aũt hoc audiẽs tollit moras τ ve-

dit ad monumentum: quia nec ignis nouit motas ingestus materie. vnde sequitur: Petrus aut surgens cucurrit ad monumentum. EVSE. Solus enim ipse credit feminis dicentibus se angelos vidisse: τ cum esset eximiq affect⁹ preceteris sedulum se promebat passim circuspiciens dnm. vnde seqt: Et procubens vidit sola linteamina posita. THEOPHI. Cu aut ad monumentum fuisset hoc primo cõsecutus ē: vt mirarettur que prius ab ipso vel ab alijs deridebātur. vñ sequitur: Et abijt secū mirās qd factū fuerat .i. apud se mirās vel euentum: qualiter sola linteamina derelicta fuere corpe mirrha peruncto: vel quantaz opportunitatē habuisset fur vt h̃ semocim inuoluta dimittens circūstantibus militibus corpus auferret. AVGV. de concor. euangelista. Intelligitur aut hoc lucas recapitulando posuisse de petro. tunc. n. cucurrit petrus ad monumentum quando τ ioannes: cum tantummodo a mulieribus pcipue a maria magdalene nūciatum eis fuerat de corpore ablato. postea autem facta fuit hec de visione angelorum. Jō aut lucas petrū solum commemorauit: quia illi primitus maria nunciauerat. Jtez pōt mouere q petrum non intrantem: sed procumbentem dicit lucas sola linteamina vidisse τ discessisse mirantem: cum ioannes dicat ita se linteamina vidisse posita: τ seipsum post petrum intrasse. Sed intelligendum est petrum primo procumbentem vidisse: quod lucas commemorat: ioannes tacet. post autem ingressus est antequam ioannes intraret.

BEDA. Juxta intellectum vero mysticū per hoc q mulieres valde diluculo veniunt ad monumentum: datur nobis exemplum discussis vitiorum tenebris ad domini corpus accedere. nam τ sepulchrum illud figuraz dominici habebat altaris: in quo corporis christi mysteria non in serico: nō in panno tincto: sed instar syndonis quo eū ioseph inuoluit in lintheo puro debent consecrari: vt sicut ipse veram terrene nature substantiam pro nobis morti obtulit: ita τ nos in commemoratione ipsius purum de terregermine cādidumq τ multimodo quasi mortificationis genere castigatum altari linum imponamus. Aromata autem que mulieres deferunt significant odorem virtutum τ orationum suauitatem quibus altari appropinquare debemus. Reuolutio autem lapidis insinuat reserationem sacramentorum que tegebantur velamine littere legis que in lapide scripta est: cuius ablato tegmine corpus dñi mortuum nō inuenitur sed viuum euangelizatur: quia τ si cognouimus s̃m carnem christum: sed iā nunc non nouimus: quomodo aūt posito in sepulchro corpore domini angeli astitisse leguntur: ita etiaz tempore consecrationis mysterij corporis christi assistere sūt credendi. Nos ergo exemplo deuotarum rerū quotiēs mysterijs celestibus appropinquamus propter angelicam p̃sentiam seu propter reuerentiam sacre oblationis cum omni humilitate vultum declinemus in terram: nos cinerem τ terram esse recolentes.

¶ Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorū sexaginta ab hierusalem nomine emaus, τ ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus que acciderant. Et factuz ē dum fabularentur: τ secū quererent: τ ipse iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent: τ ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes: τ estis tristes? Et respōdēs vnus cui nomen cleophas dixit ei: Tu solus peregrinus es in hierusalē: τ non cognouisti que facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt de iesu nazareno q fuit vir propheta: potens in opere τ sermone: coram deo τ omni populo. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes τ principes nostri in damnationē mortis τ crucifixerunt eum. Nos autez sperabamus: quia ipse esset redempturus israel. Et nunc super hec omnia tertia dies est hodie q hec facta sunt. Sed τ mulieres quedam ex nostris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad monumentum: τ non inuento corpore eius venerunt dicētes se etiam visionem angelorum vidisse: qui dicunt eū viuere. Et abierunt quidā ex nostris ad monumētū τ ita inuenerunt sicut mulieres dixerūt: ipsū vero non inuenerunt.

GLO. post manifestationē resurrectionis christi p angelos mulieribus factā: manifestatur vlterius eadem resurrectio per ipsius christi apparitionē discipulis. vnde dicitur: Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum. THEO. Quidam alterum horum duorum lucam inquiunt esse: τ ob hoc suum nomē occultasse. AMBRO. Uel duob⁹ discipulis seorsū dominus iaz se vespere demōstrat. s. ammaoni τ cleophe. AVGVSTI. de consen. euange. Castellum autem illud nō absurde accipimus etiā villam s̃m marcum potuisse appellari. Deinde castellum describit dicens: Qd erat in spacio stadiorū sexaginta ab hierusalē noie emaus.

BEDA. Jpsa est nicopolis ciuitas insignis palestine: que post expugnationem iudee sub marco aurelio antonio principe restaurata cum statu mutauit τ nomen. Stadium aūt quod greci auctore vt dicunt hercule viarum spacia mensurat octaua ē pars miliarij. Et iō sexaginta stadia septem milia passuum τ quinquaginta significat qd spaciū itineris eis qui de morte τ sepultura domini certi gradiebantur de resurrectione domini dubij: nam resurrectionē que post septimam sabbati facta ē octauo numero contineri nullus ambigit. Discipuli ergo q de domino loquentes incedūt: sextū miliariū cepti itineris compleuerant: quia illum sine querela viuentem vsqz ad mortē quam in sexta sabbati subijt peruenisse dolebant. Compleuerant τ septimum quia hunc in sepulchro nō dubitabant quieuisse. Sed de octauo dimidium tm̃ peregerant: quia gloriā iam celebrare resurrectionis non credebant perfecte. THEOPHILVS. Predicti autem discipuli loquebantur de his ad inuicē que acciderant: non quasi credentes sed sicut stupentes i rebus extraneis. vnde sequitur: Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus que acciderant. BEDA. Loquētes aūt de se domin⁹ appropinquans comitatur. vt τ fidez resurrectionis mentibus eorum incendat: τ quod se facturum promiserat impleat: scilicet vt vbi sunt duo vel tres in nomine meo congregati ibi sum in medio eorū. vñ sequit: Et factum est dum fabularent: τ secū quererent: τ ipse iesus appropinquans ibat cum illis. THEO. Obtento eni iam spirituali corpore non obstat loci distantia quin adesset quibus volebat: nec vlterius naturalibus legibus corpus suum regebat: sed spiritaliter τ supra naturam: vnde vt marcus dicit: sub alia forma eis videbatur. in qua non concedebat eis eius cognitio. Sequitur enim. Oculi autem eorum tenebantur ne illum agnoscerēt. vt scilicet totā suā dubiā intētionē reuelēt τ vulnus detegentes recipiant medicinā: τ vt cognoscerent q quāuis corpus ipsum qd passum fuerat resurrexerit non tñ amplius tale erat vt esset omnibus visibile: s̃z tm̃ ab his quibus vellet videri: τ vt non dubitent quare de cetero

non conversatur inter plebem: quia .s. post resurrectionem conversatio eius non esset digna hominibus: sed divina magis: quod etiam est forma resurrectionis future in qua sicut angeli conversabimur ⁊ filii dei. GREGO. in hom. Convenienter etiam eis speciem quam recognoscerēt non ostēdit: hoc agens foris in oculis corporis: quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. ipsi nanque apud seipsos intus ⁊ amabant ⁊ dubitabant. De se ergo loquentibus presentiā exhibuit. sed de se dubitantibus cognitionis sue speciem abscondit: verba quidem eis contulit. Nam sequitur: Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem ambulantes ⁊ estis tristes? GRECVS. Conferebāt quidem inter se quasi non amplius expectantes christum viventē: sed dolorosi quasi perempto salvatore. vnde sequitur: Et respōdens vnus cui nomē cleophas: dixit ei: Tu solus peregrinus es in hierusalē: ⁊ non cognovisti que facta sunt in illa his diebus? THEO. q. d. Tu sol⁹ peregrinus: ⁊ extra confinia hierusalem habitans: ⁊ expers es eorum que in medio eius contigerunt vt hec ignores? BEDA. Vel hoc dicit quia peregrinum putabant eum: cuius vultum nō agnoscebant. sed revera peregrinus erat eis: a quorū nature fragilitate percepta iam resurrectionis gloria longe distabat: ⁊ a quorum fide vtpote resurrectionis eius nescia manebat extraneus. Sed adhuc dominus interrogat: nam sequitur: Quibus ille dixit: Que? Et ponitur eorum responsio cū subditur: Et dixerunt ei: De iesu nazareno qui fuit vir propheta. Prophetam fatentur: filium dei tacent: Vel nondū perfecte credentes: vel solliciti ne inciderēt in manus iudeorum persequentium: quia nesciebant quis esset quod verum credebant celantes: Ad cuius commendationem subditur: Potens in opere ⁊ sermone. THEO. Primo quidē est opus secundo sermo. nullus enim doctrine sermo approbatur: nisi prius is qui docet: se ostēdat auctorem: precedit enim opus aspectum. nam nisi mundaveris intellectus speculum per operationem emicat decor optatus. Adhuc autem subditur: Coram deo ⁊ omni populo. Nam primo complacendū est deo: deinde curandum quantum possibile est de innocētia apud homines vt precedēte divino cultu vitamus sine scandalo plurimorum. GRECVS. Deinde assignatur causa tristicie: traditio ⁊ passio christi: cum sequitur: Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes ⁊ principes nostri in damnationem mortis: ⁊ crucifixerunt eum. Subditur autem desperantium vox: cum dicitur: Nos autem sperabamus ꝙ ipse esset redempturus israel. Sperabamus inquit: nō speramus: ac si mors domini similis esset mortibus aliorum. THEOPHI. Expectabant enim christum salvaturum ⁊ redempturum populum israel ab ingruentibus malis ⁊ a servitute romanorum: ipsum quoque credebant terrenum regem fieri: quem putabant promulgatam in se mortis sententiam cavere potuisse. BEDA. Merito ergo tristes incedebant: quia ⁊ seipsos quodāmodo arguebāt: ꝙ in illo redemptionem speraverint: quem iam mortuum viderant: nec resurrecturum credebāt: ⁊ maxime dolebant eum sine causa occisum quem noverāt innocentem. THEO. Videntur tamen hi viri non omnino increduli esse per hoc quod subditur: Et nunc super hec omnia tertia dies est hodie ꝙ hec facta sunt. In quo videntur habere memoriā eius ꝙ eis dominus dixerat se tertia die resurrecturum. GRECVS. Porro relatam a mulieribus resurrectionis famam commemorat: cum subditur: Sed ⁊ mulieres quedā ex nostris terruerūt nos: que ante lucē fuerunt ad monumentū: ⁊ non invēto corpore eius venerunt dicētes se etiam visionem angelorum vidisse: qui dicūt eum vivere. Dicūt quidem hoc quasi non credētes: propter quod referūt se territos .i. stupefactos. nō. n. quod erat eis relatū firmū estimabāt. aut angelicam illuminationē fuisse: sed stuporis ⁊ turbinis cām inde sumebant. Testimonium quoque petri non certum estimabāt dum diceret se non vidisse dominum: sed resurrectionem eius conijcere ex eo ꝙ corpus ipsius in sepulchro non iacebat. vnde sequitur: Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: ⁊ ita invenerunt sicut mulieres dixerunt. ipsū vero nō invenerunt. AVGV. de cōcordātia evāgelistarum. Cū autē lucas dixerit petrū accurrisse ad monumentū: ⁊ cleophas dixisse: ipse retulerit ꝙ quidam eorum ierant ad monumentum: intelligitur attestari ioanni ꝙ duo ierūt ad monumentum: sed petrum primo solum commemoravit: quia illi primitus maria nunciaverat.

¶ Et ipse dixit ad eos: O stulti ⁊ tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sūt prophete. Nōne hec oportuit pati christum ⁊ ita intrare in gloriam suam? Et incipiēs a moyse ⁊ omnib⁹ prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erāt. Et appropinquaverunt castello quo ibant: ⁊ ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiscum quoniam advesperascit: ⁊ inclinata est iam dies. Et intravit cum illis. Et factum est dum recūberet cū eis accepit panem ⁊ benedixit ac fregit ⁊ porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorū ⁊ cognoverūt eum. Et ipse evanuit ex oculis eorum. Et dixerūt ad invicem. Nonne cor nostrū ardēs erat in nobis dū loqueretur i via: ⁊ aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadē hora regressi sūt i hierusalem: ⁊ invenerūt congregatos vndecim ⁊ eos qui cum illis erant dicentes ꝙ surrexit dominus vere: ⁊ apparuit simoni. Et ipsi narrabāt que gesta erant in via: ⁊ quomodo cognoverunt eū in fractione panis.

THEOPHI. Quia predicti discipuli nimia dubietate laborabant: domin⁹ eos redarguit. vnde dicit: Et ipse dixit ad eos: O stulti. Fere enī eadē dixerūt que ⁊ assistentes cruci: Alios salvos fecit: seipsum nō potest salvū facere. Et tardi corde ad credendū in omnib⁹ que locuti sūt prophete. Contingit enī credere que locuti sūt prophete. particulariter quidā: ⁊ nō vniversaliter oīa: puta si aliquis credat que de cruce christi dicunt a prophetis sicut est illud: Foderunt manus meas ⁊ pedes meos. que vero spectant ad resurrectionē nō credāt: sicut ē illud: Nō dabis sanctū tuū videre corruptionem. Decet autē in omnib⁹ fidē adhibere prophetis tam in gloriosis que de christo predixerūt: quā in ingloriosis: quia ex passiōe malorū est ingressus in gloriā. Unde sequitur: Nonne hec oportuit pati christū: ⁊ ita intrare in gloriā suā? s. sm humanitatē. ISIDORVS. Sed ⁊ si oportebat christū pati: tamen qui crucifixerunt rei sūt pene: nō enim satagebant perficere quod de⁹ disponebat. vnde ⁊ eorū execratio fuit impia. dei vero dispensatio prudētissima: qui nequitiam eorū in beneficia generis humani cōvertit: quasi vires vipereis carnib⁹ ad antidoti salutiferi cōfectionem. CHRY. Et ideo dominus ostendit consequenter hec omnia non evenisse simpliciter: sed ex dei proposito ante predestinato. vnde sequitur: Et incipiens a moyse ⁊ omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant: quasi diceret: Postquā estis tardi: ego propter vos reddam mysteria scripturarum vobis exponendo. Nam sacrificium abrahe cum isaac dimisso immolatus est aries: hoc prefigurabatur. Sed ⁊ in aliis scripturis propheticis sparsim iacent mysteria crucis ⁊ resurrectionis xpi. BEDA. Si autem

moyses ⁊ prophete de christo locuti sūt: ⁊ eum p passionē in
gloriā intraturum predixerunt quomodo gloriatur se esse
christianū: qui neq; qualiter scripture ad christū ptineant
inuestigat: neq; ad gloriā quā cum christo habere cupit: per
passionē attingere desiderat. GRECVS. Qr vō pdixit
euangelista. Tenebant oculi eorū ne eū agnoscerēt: donec
sermo domini mentē eorū moueret ad fidē: conuenienter
opportunū aspectum sui auditui subiungit. vnde sequit: Et
appropinquauerūt castello quo ibāt: ⁊ ipse finxit se longi⁹ ire.
AVGV. de que. euā. Qḋ nō ad mēdaciū ptinet. nō eniz
omne qḋ fingim⁹ mendaciū est: sed quando id fingimus qḋ
nihil significat: tunc mendacium ē. cū autem fictio nostra
refertur ad aliquā significationē: non ē mēdaciū sz aliqua
figura veritatis: alioquin omnia que a sapientibus ⁊ san-
ctis viris vel etiam ab ipso domino figurate dicta sunt men-
dacia deputabuntur: quia sm̄ vsitatum intellectum non
cōsistit veritas in talib⁹ dictis. Sicut autez dicta. ita etiam
finguntur facta sine mendacio ad aliquaz rē significandam.
GREGO. in home. Quia ḡ adhuc in eorū cordibus pe-
regrin⁹ erat a fide: ire se longi⁹ finxit. Fingere nāq; cōponere
dicim⁹. vnde ⁊ cōpositores luti figulos vocam⁹. Nihil ergo
simplex veritas p duplicitatē fecit: sed altē se exhibuit in
corpore: qualis apud illos erat in mente. Sz q; eē extranei
a charitate nō poterāt: hi cū quib⁹ charitas gradiebat: euz
ad hospitiū q̄si pegrinū vocāt. vnde seqt: Et coegerūt illū.
Ex quo exemplo colligitur quia peregrini ad hospitium nō
solum inuitandi sunt: sed etiam trahēdi. GLO. Nec solū
factis eum cogunt: sed etiam verbis inducunt. Sequitur
enim Dicentes: Mane nobiscum: quoniam aduesperascit:
⁊ inclinata est iam dies. s. ad occasum. GERGO. i home.
Ecce autem cū per membra sua christus suscipit suscepto-
res suos etiam per semetipsum requirit. Sequitur enim.
Et intrauit cum illis. Mensam ponunt: cibos afferunt: et
deum quem in scripture sacre expositione nō cognouerāt
in panis fractione cognoscunt. Sequitur enim: Et factum
est dum recumberet cum illis: accepit panez ⁊ benedixit ac
fregit: ⁊ porrigebat illis. ⁊ aperti sunt oculi eorum ⁊ cogno-
uerunt eum. CHRY. Quod non de sensibilibus oculis
dictum ē sed de sensu mentali. AVGV. de cō euā. Neq;
enim clausis oculis ambulabant: sed inerat aliquid quo nō
sinerentur agnoscere quod videbant. quod. s. caligo ⁊ aliqs
humor efficere solet: non quia dominus non poterat trans-
formare carnem suam: vt alia reuera esset effigies: quam
solebant intueri: quandoquidem ⁊ ante passionem trans-
formatus est in monte: vt facies eius claresceret sicut sol.
Sed non ita nunc factum est. non enim incongruenter ac-
cipim⁹ hoc impedimentū in oculis eorum a sathana fuisse
ne agnosceretur iesus: sed tn̄ a christo facta ē permissio vsq;
ad sacramētū panis: vt veritate corporis eius participata:
remoueri intelligatur impedimentum inimici: vt christus
possit agnosci. THEO. Sed ⁊ aliud innuit: q; s. sumētib⁹
sacrum panem aperiuntur oculi vt eum agnoscāt. magnā
enim ⁊ ineffabilem vim habet dn̄i caro. AVGV. de que.
euan. Vel q; dominus se ire longius finxit: cum comitaret
discipulis exponens sacras scripturas: verū ipse esset igno-
rantibus: significat quia hospitalitatis officio ad suā cogni-
tionem peruenire posse homines intimauit: vt cum longi⁹
ipse ab hominibus abscesserit super omnes celos cum eis
transit: qui hec exhibent seruis eius. Tenet ḡ christum ne
longi⁹ ab eo eat quisquis cathetizatur vbo i omnib⁹ bonis
ei q se cathetizat cōmunicat. Eteni isti cathetizati erāt vbo
cū exponerz eis scripturas. Et quia hospitalitatē sectati sūt
eum quē in ipsa expositione scripturaruz nō cognouerūt: i
panis fractione cognoscunt. non enim auditores legis iusti
sūt apud deū: sz factores legis iustificabūtur. GREGO.
in home. Quisquis ergo audita vult intelligere: festiat ea

que iaz intelligere potuit opere implere. Ecce dominus nō
est cognitus dum loqueretur: ⁊ dignatus est cognosci dum
pascitur. Sequitur enim: Et ipse euanuit ex oculis eorum.
THEOPHI. Non enim tale corpus habebat: vt diuti-
us cum eis cōmorari deberet: ⁊ hoc pariter augeret affectū
eorum. vnde sequit: Et dixerunt adinuicem: Nōne cor no-
strum ardens erat in nobis dum loqueretur in via ⁊ aperiret
nobis scripturas? ORIGE. Per quod innuit q; prolati ser-
mones a saluatore accendebant audientium cor ad amorē
diuinum. GREGO. in ho. penthcco. Ex audito. n. sermo-
ne inardescit animus: torporis frigus recedit: mēs in superno
desiderio fit anxia. Audire libet pcepta celestia ⁊ quot mā-
datis instruitur: quasi tot facibus inflāmatur. THEO. Ar-
debat ergo cor eorū vel igne verborū domini quibus inten-
debant tanq̄ veris. Vel quia eo disserente scripturas: per-
cellebatur intrinsecus cor eoꝝ: q; ille q disserebat dominus
esset. Adeo ergo letati sunt. vt nullā morā passi: mox reuer-
si sint in hierusalem. ⁊ hoc est quod sequitur: Et surgētes ea-
dem hora regressi sunt in hierlm. surrexerunt quidem ea
dez hora: peruenerūt aūt per plures horas: sicut oportebat
sexaginta stadia transeuntes. AVGV. de concor. euan.
Jam aūt fama erat q; surrexerat iesus a mulieribus facta:
⁊ a simone petro: cui iam apparuerat. Eteniz isti duo hec in-
uenerūt loquētes illos ad quos in hierusalē venerant. Se-
quitur. n. Et inuenerunt cōgregatos vndecim. ⁊ eos qui cuz
ipsis erant dicentes q; surrexit dominus vere: ⁊ apparuit si-
moni. BEDA. Omnium enim viroꝝ primo dominus ap-
paruisse videtur petro ex his quos euangeliste quattuor ⁊
paulus apostolus cōmemorauerunt. CHRY. Non enim
simul omnibus se manifestabat: vt sereret fidei semina. nā
qui primo viderat ⁊ certus erat: alijs referebat. Deinde ser-
mo prodiens preparabat animuz auditoris visioni: ⁊ ideo
primo dignior ⁊ fidelior omnibus apparuit. Erat. n. opus
anime fidelissime que prius acciperet hunc aspectuz: vt mi-
nime turbaretur inopinata visione. Et ideo primo videtur
a petro: vt qui primo confessus est eum christū: primo resur-
rectionem videre mereatur: ⁊ etiam quia eum negauerat:
primo ei voluit apparere cōsolans eum ne desperaret. Post
petrū vero alijs apparuit: quandoq; paucioribus: quādoq;
pluribus quod duo discipuli confitentur. Sequitur enim
Et ipsi narrauerunt que gesta erant in via: ⁊ quomō cogno-
uerunt eū in fractione panis. AVGV. de concordā. eui-
ge. Quod autem ait marcus annunciauerunt ceteris: nec il-
lis crediderunt: cum lucas dicat: q; iam inde loquebantur
vere resurrexisse dominum: quid intelligendum est: nisi ali-
quos ibi fuisse qui hoc credere nollent?

¶ Dum aūt hec loquuntur: stetit iesus in medio
eorum ⁊ dixit eis: Pax vobis. Ego sum: nolite
timere. Conturbati vero ⁊ conterriti estimabāt
se spiritū videre. Et dixit eis. Quid turbati estis
⁊ cogitationes ascendunt in corda vestra? Vide-
te manus meas ⁊ pedes: quia ego ipse sum. Pal-
pate ⁊ videte: quia spiritus carnem ⁊ ossa non
habet sicut me videtis habere. Et cum hec dixis-
set ostendit eis manus ⁊ pedes.

CYRIL. Undiq; resurrectionis fama per apostolos di-
uulgata ⁊ affectu discipulorum erecto ad christi visionē ve-
nit desideratus: ⁊ querentibus ⁊ expectantibus reuelatur:
nec disceptat vt de alio: sed euidēter se offert. vnde dicitur
Dū hec aūt loquūtur: stetit iesus in medio eoꝝ. AVGV.
De concor. euāgelista. Hanc ostensionez domini post resur-
rectionem ⁊ ioānes cōmemorat. Sed quod dicit ioannes:
Nō cum illis fuisse apostolū thomā: cū sm̄ lucam duo illi re-
gressi i hierusalē: inuenerūt cōgregatos vndecim: procul du-

bo intelligendū est q inde thomas exierit anteq dominus hec loquentibus appareret. Dat .n. lucas locū i sua narratione quo possit intelligi dn̄ hec loquerētur: pr⁹ ide exisse thomā. t postea dn̄m intrasse: nisi qs dicat nō illos vndeci q iaz tunc apostoli vocabant: sed discipulos illos vndeci fuisse ex multo numero discipulorū. Sed cū adiungit lucas: Et eos qui cū ipsis erant. Satis vtiq declarauit euidenti⁹ illos vndeci aplos q vocabantur apostoli cū qbus ceteri erant. Sed videamus cu⁹ mysterij gratia fm̄ mattheū t marcū resurgēs ita mandauerit: Precedā vos in galileā: ibi me videbitis. Quod tñ cōpletū ē. tamē post multa completū est: cum sic mādatū sit vt aut hoc solū: aut hoc pri⁹ i expectaretur fieri debuisse. AMBRO. Unde hoc conuenien⁹ arbitror q dominus qdem mādauerit discipulis vt in galilea eū viderent. sed illis ob metū intra conclaue residentibus primū se obtulisse. GREGVS. Nec hoc ē promissi trāsgressio sed poti⁹ festinata ex benignitate impletio pp pusillanimitatē discipulorū. AMRO. Postea vero cōfirmatis animis: vnde eum illos galileā petisse. Uel nihil obstat si dicantur paucio res intra conclaue: t in mōte qplures fuisse. EVSE. Duo eni euāgeliste. s. lucas t ioannes solis vndeci hūc scribūt apparuisse in hierusalē. ceteri vero duo in galileā pperare non solū vndecim sed et vniuersis discipulis t fratribus dixerūt angelū t saluatorē vidisse: de qbus t paulus meminit dicēs: Deinde apparuit plus q quingentis fratribus simul. Est autē verior solutio: q primo q in hierusalē latitantib⁹ semel aut bis visus est ad eorū consolationem. in galilea vero nō in conclaui aut semel aut bis sed cum multa ptāte ostēdens se fecit pbens se eis viuētē post passionē in signis multis vt lucas testatur i actib⁹. AVGV. de con. euā. Uel qd ab angelo hoc ē a dn̄o dictū est: pphetice accipiēdū ē. In galilea eni fm̄ trāsmigrationis significationē itelligendū occurrit q de populo israel trāsmigraturi erant ad gētes quib⁹ apostoli pdicantes non crederēt nisi ipse dn̄s viā in cordib⁹ hominū prepararet. t hoc itelligitur: Precedet vos in galileā. Secūdū aūt illud q galilea interptatur reuelatio nō iam i forma serui intelligendū ē sed in qua ē equalis patri quam promisit electis sui⁹. illa erit reuelatio tāq vera galilea cū videbimus eū sicuti est. Ipsa et erat beatior transmigratio ex isto seculo in illam eternitatē. vnde ad nos veniēs non recessit: t quo nos precedens non deseruit. THEO. Primo igitur dominus in medio discipulorū stans solito pacis affatu eorū turbinē sedat: ostēdēs q ipse idē ē magister eorū q hoc verbo gaudebat. quo etiā eos muniuit cū ad predicādū misit. vnde sequitur: Et dixit eis: Pax vobis: ego sum nolite timere. CYRILLVS. Pudeat ergo nos pacis munus deserere: quam nobis hinc discedēs christus reliquit. Pax res t nomen dulce quam t dei esse accepimus iuxta illud: Pax dei. t eius esse deum iuxta illud: Deus pacis ipsam eē deū iuxta illud: Ipse est pax nostra. Pax bonū commendatum ab omnibus: obseruatum autem a paucis. Que autem est causa: Fortassis ambitio dominij aut facultatum aut liuor: aut odium: aut contemptus: aut aliquid huiusmodi ex his que dei ignaros videmus incurrere. Dei quippe pcipue pax est: que consederat omnia: cuius nihil est adeo proprium sicut vnitas nature: t pacificus status. Transsumitur vero ab angelis t diuinis potestatibus: que ad deum t ad inuicem pacifice se habent. Diffunditur vero per totam creaturā: cuius est decor tranquillitas. in nobis autem manet fm̄ animam quidem per inuestigationē virtutum t cōmunicationem. fm̄ corpus vero in membrorū t elemētorū cōmensuratione: quorum alterum pulchritudo. alterum sanitas appellatur. BEDA. Discipuli autem nouerant christum verū hominem: cū quo tanto tēpore fuerant conuersati. sed postquam mortuus est: non credunt tertia die potuisse verā carnē de sepulchro resurgere. Putant ergo se videre spiritū que emisit in passione. vnde sequitur: Conturbati vero t conterriti existimabant se spiritū videre. Error ille apostolorū secta est manicheorū. AMBRO. Adducti autē virtutum exēplis petri t ioannē nō credimus potuisse dubitare. Cur ergo lucas inducit fuisse turbatos: Primo qui⁹ quia pauciorum opinionē sententia maioris partis includit. Deinde q si petrus de resurrectione crediderat: turbari tamē potuit q se dominus cū corpore vectibus obseratis ipsorum infunderet. THEOPHI. Uerū q per verbū pacis nō ē sedatus turbo in animabus discipulorū. aliunde indicat eis se filiū dei eē quia mentis cognoscebat archana. vnde sequitur: Et dixit eis: Quid turbati estis: t cogitationes ascendunt in corda vestra: BEDA. Quales vtiq cogitationes nisi false t perniciose: Perdidit eni christus fructum passionis: si non esset veritas resurrectionis: tanquam bonus agricola dixisset quod ibi plantauit inueniam: vbi est fides que in cor descendit. quia desuper est. Cogitationes autē ille non desuper descenderant sed de imo in cor sicut herba male ascēderit. CYRIL. Hoc autem fuit euidentissimū signū q nō alius est qui videtur sed ille idem quē viderant in ligno mortuum: t positum in sepulchro quem non latebat aliquid eorum que erant in homine. AMBROSIVS. Consideremus autem qua gratia fm̄ ioannem apostoli crediderunt qui gauisi sunt fm̄ lucam qui increduli redarguuntur. Et videtur mihi ioannes quasi apostolus maiora t altiora tetigisse hec sequentia t humanis proxima hic historico vsus circuitu ille compendio: quia t de illo dubitari non potest quia testimonium perhibet de his quibus ipse interfuit: t ideo vtrunq verum putamus. Nam etsi in primo lucas eos non credidisse dicat: postea tamen credidisse demonstrat. CYRIL. Comprobans autem dominus deuictam esse mortem t humanam naturam iam in christo corruptionem exuisse primo ostendit eius manus t pedes t clauorum foramina. vnde subdit: Uidete manus meas t pedes quia ego ipse sum. THEOPHI. Sed t aliud subiungit palpationem scilicet manuum atq pedum cum dicit. Palpate t videte: quia spiritus carnem t ossa non habet sicut me videtis habere quasi diceret: Uos putatis me esse spiritum. id est phantasma: sicut plures defunctorum circa sepulchra videri sunt soliti. Sed scitote q spiritus neq carnem habet neq ossa. ego autē carnē t ossa habeo. AMBRO. Hoc autem dominus ideo dixit: vt speciem nobis sue resurrectionis ostenderet. nam quod palpatur corpus est. In corpore autem resurgemus. sed illud subtilius: hoc crassius: vtpote adhuc terrene labis qualitate concretum. Non ergo per incorpoream naturam sed per resurrectionis corporee qualitatē christ⁹ clausa penetrauit. GREGO. xiiij. mora. Non enim in illa resurrectionis gloria corpus nostrum erit impalpabile: t ventis aereq subtilius vt eutiches dixit. sed subtile quidē per effectū spiritualis potentie: palpabile autē per veritatē nature. Sequitur: Et cū hec dixisset: ostendit eis manus t pedes. BEDA. Quibus scilicet clauorum vestigia claruere. sed fm̄ ioannem etiam latus eis ostendit: quod fuerit lancea perforatum: vt. s. ostensa vulnerū cicatrice dubietatis eorū vulnus sanaret. Solent autem in hoc loco gētiles calūniaz struere: quasi nō valuerit dominus vulnera sibi inflicta curare. Quibus respondēdum est: q nō est cōsequēs: vt qui maiora fecisse probatur: minora facere nequierit. sz certe dispēsatōis gratia q morte ōstrupit: signa mortis ōstere noluit: primo qdē vt per hoc discipulis fidē sue resurrectōis astrueret. deide vt pro nob supplicās q̄le gen⁹ mortis p hoie ptulerit semp ostendat. tertio vt sua morte redēptis q̄ misericorditer sint adiuti: ppositis eiusdem mortis iditijs insinuet. postremo vt i iudicio q̄ iuste dānent ipsi denūciet.

¶ Adhuc autem illis nõ credẽtibus τ mirantibꝰ pre gaudio dixit: Habetis hic aliquid quod mãducetur? At illi obtulerũt ei partem piscis assi: τ fauum mellis. Et cũ mãducasset corã eis: sumẽs reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hec sũt verba que locutus sum ad vos cum adhuc essez vobiscũ quoniã necesse ẽ iplere oĩa que scripta sunt in lege moysi τ ꝓphetis τ psalmis de me.

CYRIL. Ostẽderat dñs discipulis manꝰ τ pedes: vt certificaret discipulos ꝙ corpus quod passũ fuerat resurrexit. Ut adhuc aũt magis certificaret: aliqd mãducabile petyt. vnde dr: Adhuc autem illis nõ credentibus τ mirantibus pre gau. dixit: Habetis hic aliqd qđ mãducet. GREGO. nissenus: Et iussu qdẽ legis pasca cũ amaricantibus edebat: qꝛ adhuc amaritudo manebat: post resurrectionẽ vero cibꝰ fauo mellis dulcoratur. vñ seqtur. At illi obtulerũt ei ptez piscis assi τ fauũ mellis. BEDA. Ad insinuãdũ ergo resurrectionis sue veritatẽ nõ solũ tãgi a discipulis: sed ẽt cõuesci cũ illis dignatur: ne arbitrerẽtur eũ nõ solide: sed imaginabiliter sibi apparere. vnde sequit: Et cũ mãducasset corã eis sumẽs reliqas dedit eis. Mãducauit quidẽ ptãte nõ ex necessitate. Aliter enĩ absorbet aquã terra sitiens: aliter sol calens: illa indigẽtia iste potentia. GRECVS. Si damus dominum vere comedisse: demus τ oẽs hoĩes post resurrectionẽ vti ciborũ fomentis. Sꝫ que ex quadã dispẽsatione fiunt a saluatore: nõ sũt regula τ norma nature: qm̃ in quibusdã alijs dispẽsauit. Resuscitabit.n. nostra corpora incorrupta qui tñ dereliquit ꝓprij corporis foramina: que claui forauerant τ lateris circatricẽ vt ostendat ꝙ mansit post resurrectionẽ natura corporis nec ẽ ĩ aliã mutatus substantiã. BEDA. Mãducauit ergo post resurrectionẽ: nõ quasi cibo indigẽs: nec quasi ĩ resurrectiõe quã expectamꝰ cibis egere significãs: sed vt eo modo naturã corporis resurgẽtis astrueret. Mystice aũt piscis assus quẽ christus comedit: significat christũ passũ: ipse enim latere dignat ĩ aquis generis humani. Capi voluit laqueo mortis nostre τ quasi tribulatiõe assatus ẽ tpore passionis sue: sꝫ fauꝰ mellis nobis extitit ĩ resurrectione. In fauo quidẽ mellis vtrãqꝫ naturã exprimere voluit psone sue. Fauus quippe mellis in cera ẽ: mel vero in cera: est diuinitas in hũanitate. THEO. Uidẽtur aũt τ comestio aliud habere mysteriũ. ꝙ enĩ mãducauit partẽ piscis assi: significauit ꝙ naturã nostrã in huius vite mari natãtẽ assãs eam igne ꝓprie deitatis τ exiccans eius humiditatẽ: quã a profundis vndis contraxerat: escam fecit diuinam: τ eam que prius erat abhominabilis preparauit deo cibũ suauẽ: qđ significat fauus mellis. vel per piscem assum significat vitã actiuã consumẽtẽ nostrã humiditatẽ laborũ pruinis. contẽplationẽ vero significat per fauũ mellis: propter dulcedinẽ eloquiorum dei. BEDA. Postq̃ autem visus est τ tactus mãducauit ne in aliquo sensus humanos ludificasse videretur misit manus ad scripturas. vnde sequit: Et dixit ad illos: Hec sunt verba que locutus sum ad vos: cum adhuc essem vobiscum. idest cum adhuc essem in carnem mortali in qua estis τ vos. tũc qdẽ in eadẽ carne resuscitatꝰ erat sed cũ illis in eadẽ mortalitate nõ erat. τ subdit: Quoniã necesse ẽ ipleri oĩa que scripta sunt ĩ lege moysi τ ꝓphetis τ psalmis de me. AVGV. de con. euã. Illud attendãt qui magicis artibus christũ tanta potuisse: τ nomẽ suũ ad apostolos in se cõuertendos arte ipsa cõsecrasse delyrãt vtrũ potuit magicis artibꝰ ꝓphetas diuino spũ anteqũ in terra nasceretur iplere. Neqꝫ.n. si magicis artibꝰ fecit vt coleretur τ mortuus magus erat anteq̃ natus cui prophetando venturo gens vna deputata est.

¶ Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas τ dixit eis: Quoniã sic scriptũ est: τ sic oportebat christũ pati τ resurgere a mortuis tertia die: τ predicare ĩ nomine eius penitentiã τ remissionẽ peccatorũ in omnes gentes incipientibꝰ ab hyerosolyma. Uos aũt testes estis horum: τ ego mittam promissum patris mei in vos. Uos autem sedete in ciuitate quoadusqꝫ induamini virtute ex alto.

BEDA. Postq̃ ꝓbuit se videndũ oculis: manibus contractãdũ: legis commemorauit scripturas: cõsequẽter aperuit sensũ: vt intelligatur qđ legit. vnde dicit: Tũc aperuit illis sensũ: vt intelligerent scripturas. THEO. Alioquin quomõ eorũ aĩa turbata τ vacillãs circa christi mysteriũ studuisset. sed τ verbis eos docuit. Sequitur.n. Et dixit eis: quia sic scriptũ ẽ: τ sic oportebat xp̃m pati. s. per lignũ crucis. BEDA. Perdidit aũt xp̃s fructũ passionis: si nõ eẽt veritas resurrectiõis. vnde subdit: Et resurgere a mortuis die tertia. Deinde post cõmendatã sui corporis veritatẽ: cõmendat ecclesie vnitatẽ cũ subdit: Et predicare ĩ nomine eius pniam τ remissionẽ peccatorũ in oẽs gentes. EVSE. Dictũ.n. erat Postula a me: τ dabo tibi gentes hereditatẽ tuã: Oportebat aũt conuersos ex gentibus expiari a quolibet contagio τ macula ipsius virtutez quasi contaminatos ab errore demonũ: ydolatrie: τ quasi nuper conuersos a vita execrabili τ ĩpudica. τ ideo dicit: ꝙ oportet predicari prius qdẽ penitẽtiã: consequẽter remissionẽ peccatorũ ĩ oẽs gentes. Eis enĩ qui priusq̃ verã ostenderint malorũ pniam: salubri gratia veniã cõmissorum donauit: pro quibus τ mortem subyt.

THEO. In hoc vero ꝙ dicit Pniam τ remissionẽ peccatorũ etiam de baptismate meminit in quo per depositionẽ priorũ scelerum subsequitur venia peccatorũ. Sed quo pacto intelligetur in solo christi nomine baptisma fieri cũ alibi mandet hoc fieri in noĩe patris τ filij τ spiritussancti? Et primo quidẽ dicimus ꝙ non intelligitur ꝙ in solo christi nomine fiat baptisma: sed ꝙ christi babtismate aliquis baptizetur. i. spiritaliter non iudaice nec tali quali ioannes baptizabat ad solã penitẽtiã. sed ad spiritus almi participationẽ. sicut τ christus in iordane baptizatus ostendit spiritũsanctũ in specie colũbina. Porro baptisma in christi noie. ĩ morte christi intelligas: sicut.n. ipse post mortem triduo resurrexit sic τ nos ter in aquã mergimur τ cõuenienter emergimur in corruptibilitatis spiritus arrã recipiẽtes. Hoc ẽt christus nomen continet in se: τ patrẽ quasi vnctorẽ τ spiritũ quasi vnctionẽ: τ filiũ quasi vnctum. s. fm̃ humanã naturã. Non autem decebat amplius bipartitũ eẽ humanũ genus ĩ iudeos τ gẽtiles. Et ideo vt omnes in vnũ viniret mandauit incipere sermonẽ a hierusalẽ τ ad gentes terminari. vnde sequit: Incipi. ab hierusalẽ. BEDA. Non solũ qꝛ credita sũt illis eloquia dei τ eorum ẽ adoptio filiorũ τ gloria: verũ etiã vt gentes varijs erroribus iplicate hoc maxie indicio diuine pietatis ad spẽ venire prouocentur: ꝙ eis qui filiũ dĩ crucifixerint venia concedetur. CHRY. Insuper ne dicerent aliqui: ꝙ omissis notis iuerunt se ostensuros ad extraneos. Ideo prius apud ipsos occisores pandunt resurrectionis signa in eadem ciuitate in qua prorupit temerarius ausus. Ubi enĩ crucifixores credere videntur: resurrectio plurimum demonstratur. EVSE. Et si ea que christus predexit iaz sortiuntur effectum: τ verbum eius viuax τ efficax per vniuersum mũdũ oculata fide perspicitur tẽpus ẽ non incredulos esse erga eum qui protulit verbum. Cũ.n. necesse ẽ diuinam vitã ducere: cuius opera viuida verbis consona ostendũtur que quidem ministerio apostolorũ impleta sũt. vnde subdit. Uos aũt estis testes horũ: mortis. s. τ resurrectiõis. THEO. Consequẽter ne turbari cogitarent quomodo nos homines

ydiote testimonium perhibebimus gētibus ⁊ iude. qui te occiderunt subiūgit: Et ego mitto promis. pa. mei in vos: qđ s. per iohelem promiserat dicens: Effundam spiritum meum super omnem carnem. CHRY. Sicut autem milites in nasuros mltos nemo dux exire sinit donec armati sint: ⁊ sic discipulos ante spiritus descensum: ad conflictum egredi non permittit. vnde subdit: Uos autem sedete in ciui. quo adusqȝ indua. vir. ex alto. THEO. i. virtute non huma na sed celesti: nec dixit: Suscipiatis: sed induamini: integrā tutelam spiritalis velaminis idicans. BEDA. De hac āt virtute. i. spiritusancto dicit etiaȝ angelus marie: Et virtus altissimi obumbrabit tibi. ⁊ ipse dominus alibi: Nam ⁊ ego noui virtutem de me exisse. THEO. Cur autem nō chri sto presente vel eo discedente statim spiritus venit? Dece bat enim eos fieri cupidos rei: ⁊ demum recipere gratiam. tunc enim magis ad deum erigimur: cum incumbit necessi tas. oportebat enim interim nostram comparere naturam in celo: ⁊ federa consummari: ac deinde spiritum aduenire: ⁊ gaudia celebrari serena. Attende etiam quantam eis ne cessitatē imposuit hierosolymis esse: in eo ꝙ illic spiritum promisit largiri. Ne enim rursus post eius resurrectionem aufugerent: hac expectatione quasi quodā vinculo omnes simul eos ibi detinuit. dicit autem: Donec induamini virtu te ex alto. Nec expressit quādo vt sint iugiter vigiles. Quid ergo miraris: si diem nobis nouissimum non pandit: cum diem hunc propinquum pandere noluit? GRE. in pasto ra. Admonēdi sunt ergo quos a p̄dicatiōis officio: vł imper fectio vel etas prohibet: ⁊ tamē precipitatio impellit nedū sibi tantum onus officij precipitatione arrogant: viam sibi subsequentis meliorationis abscindant. Ipsa enim veri tas que repente quos vellet roborare potuisset: vt exem plum sequentibus daret: ne imperfecti predicare presume rent: postq̄ȝ plene discipulos de virtute predicationis instru xit: mandauit eis vt in ciuitate sederent donec induerentur virtute ex alto. In ciuitate quippe sedemus: si intra menti um nostrarum nos claustra constringimus: ne loquendo ex terius euagemur: vt cuȝ virtute diuina perfecte induimur: tunc quasi a nobismetipsis foras ēt alios instruentes exea mus. AMBRO. Consideremus autem quomodo fm ioannem acceperint spiritumsanctum: hic autem in ciuitate iubentur sedere: quoadusqȝ induantur virtute ex alto: sed spiritumsanctum vel illis. x. quasi pfectioribus insufflauit: ⁊ reliquis postea tribuendum promittit: vel eisdeȝ ibi insuf flauit: hic spopondit. Nec videtur esse contrarium: cum di uisiones sint gratiarum. ergo aliam insufflauit ibi operatio nem: hic aliam pollicetur. Ibi enim remittendorum gratia tributa est peccatorum: quod videtur esse angustius: ⁊ ideo insufflatur a christo: vt credas spiritumsanctuȝ christi ⁊ cre das de deo spiritū. Deus enim solus peccata dimittit: lucas autem linguarum gratiam describit effusam. CHRY. Uel dicit: Accipite spiritumsanctum: vt eos idoneos face ret ad receptionem: aut quod futuruȝ est: vt presens indica uit. AVGV. xv. de trini. Uel dominus post resurrectio nem suam bis dedit spiritumsanctū: semel in terra propter dilectionē proximo: ⁊ iteȝ de celo propter dilectionē dei.

¶ Eduxit autem eos foras in bethaniam: ⁊ ele uatis manibus suis benedixit eis: ⁊ factuȝ ē: dū benediceret illis recessit ab eis: ⁊ ferebatur i celū ⁊ ipsi adorantes regressi sunt in hierusalē cū gau dio magno: ⁊ erant semper in templo laudātes ⁊ benedicentes deum. Amen

BEDA. Pretermissis omnibus que per. xliij. dies agi a domino cuȝ discipulis potuerunt: primo diei resurrectionis eius coniūgit tacite nouissimum diem quo ascendit in celū dicens. Eduxit autem eos foras in bethaniam. Primo qui dem propter nomen ciuitatis que domus obedientie dicitur qui enim propter inobedientiam peruersorum descendit: propter obedientiam conuersorum ascēdit. deinde propter situm eiusdem ville que in latere montis oliuarum posita esse narratur: quia videlicet obedientis ecclesie domus in ipsius summi montis. i. in christi latere: fidei: spei: dilectiōis ꝙ sue fundamento locauit. Eos autem benedicit: quibus precepta docēdi tradiderat. vnde sequitur: Et eleuatis ma nibus suis benedixit eis. THEOPHI. Forsan vim con seruatiuam influens eis vsqȝ ad aduentuȝ spiritus: ⁊ fortas sis instruens nos: vt quotiens recedimus: benedictionibus subditos deo commendemus. ORIGE. Qȝ autem ele uatis manibus benedixit eos: significat ꝙ deceat benedicē tem cuiqȝ ornatuȝ esse varijs opibus ⁊ arduis respectu alio rum: sic enim manus tolluntur in altum. CHRY. Atten de autem ꝙ dominus bravia repromissa aspectu subijcit. promiserat quidem corporum resurrectionem: a mortuis resurrexit: ⁊ per. xl. dies discipulos certificat. promittitur eti am ꝙ in nubibus rapiemur in aere: ⁊ hoc ipse patefecit per opera: Sequitur enim: Et factum est duȝ benediceret illis: recessit ab eis ⁊ ferebatur i celū. THEOPHI. Et helias quidem videbatur quasi assumi in celum: sed saluator ipse precursor omnium ascendit in celū: appariturus diuino con spectui in sacro suo corpore: ⁊ iam nostra natura in christo honoratur a qualibet virtute angelica. CHRY. Sed di ces: quid interest mea? quia ⁊ tu in nubibus suscipieris simi liter: nam corpus tuum connaturale est illi corpori. Erat igi tur ⁊ corpus tuum tam agile vt possit transire per aera. naȝ sicut caput: sic ⁊ corpus: sicut principium: sic ⁊ finis. Aspice autem quomodo honoratus es per hoc principium. Infi ma pars rationalis creature homo erat: sed pedes effecti sunt caput: sublimati in regiam sedem in suo capite. BE DA. Ascendente autem in celum domino: discipuli ado rantes vbi steterunt nouissime pedes eius: confestim hie rosolymam redeunt: vbi promissionem patris sunt expe ctare precepti. Sequitur enim: Et ipsi adorantes regressi sunt in hierusalem cū gaudio magno. Gaudia magna agit: quia deum ac dominum suum post triumphuȝ resurrectio nis etiam celos penetrasse letantur. GRECVS. Et erāt vigilantes non degentes in proprijs laboribus: sed expectā tes supernaȝ gratiam conuersantur in templo: inter cetera etiam loci honestatem addiscentes. vnde dicitur: Et erant semper in templo. THEOPHI. Nōdum aderat spiritus: ⁊ iam spiritaliter conuersantur: prius erant reclusi iam stāt in medio principum sacerdotum: nec aliquo distrahuntur mundano sed omnibus contemptis iugiter deum laudant. Sequitur enim: Laudantes ⁊ benedicentes deum. BE DA. Et attende ꝙ lucas inter quattuor animalia celi de signatus accipitur per vitulum: cuius victima qui in sacer dotium eligebantur initiari sunt iussi: eo ꝙ ipse sacerdo tium christi ceteris amplius exponendum suscepit. ⁊ euāge lium suum quod a ministerio templi per sacerdotiuȝ zacha rie cepit: in templi deuotione compleuit: ⁊ apostolos ibi mi nistros noui sacerdotij futuros non in victimarum sangui ne: sed in laude dei ⁊ in benedictione cōclusit: vt in loco ora tionis ⁊ inter laudum deuotiones promissum spiritussancti aduentum paratis cordibus expectent. THEO. Quos nos imitantes in sacra vita semp degamus: laudātes ⁊ bene dicētes deū: cui est glia ⁊ benedictio ⁊ virt' in secula: Amē.

Finis tabule.

Beati Thome aggregatio continua in evangelium Joannis.

Diuine visiões sublimitate illustratus Isaias propheta dixit: Uidi dñm sedentem super solium excelsum et eleuatũ: et plena erat domus a maiestate eius: et ea q̃ sub ipso erãt: replebãt tẽplũ. HIERO. sup Isaiã. Quis sit iste dñs q videt: in euangelista ioãne plenius discim⁹ qui ait: Hec dicit Isaias qñ vidit gloriã dei: et locutus est de eo: haud dubium quin christum significet. GLO. Unde ex verbis istis materia huius euangelij quod sm ioannẽ scribit: designat. EX ECCLE. histo. qz enĩ natiuitatẽ saluatoris sm carnẽ vel mattheus vel lucas descripserãt: reticuit hic ioãnes: et a theologia atqz ab ipsa eius diuinitate sumit exordiũ: que pars sine dubio ipsi velut eximio p spũsctm reseruata est. ALCVI. Unde cũ oib⁹ diuine scripture paginis euãgeliũ excellat: qui a qđ lex et prophete futurũ pdixerũt hoc cõpletũ dicit euãgeliũ. Inter ipsos aũt euãgelioꝛũ scriptores ioannes eminet in diuinoꝛũ mysterioꝛũ pfunditate: qui a tpe dñice ascensionis p annos .lxv. verbũ dei absqz adminiculo scribendi vsqz ad vltima domitiani tpa pdicauit: sed post occisionẽ domitiani cũ nerua pmittente de exilio redisset ephesũ: cõpulsus ab epis asie de coeterna pri diuinitate christi scripsit aduersus hereticos q̃ xpm ante mariã fuisse negabant. vnde merito in figura quattuoꝛ aialiũ aquile volanti cõparat: que volat altius cunctis auibus: et solis radios irreuerberatis aspicit luminib⁹. AVGV. super Jo. Trãscendit enĩ ioannes oĩa cacumina terrarũ. transcẽdit oẽs campos aeris: trãscẽdit oẽs altitudĩes siderũ. trãscẽdit oẽs choros et legiones angeloꝝ. nisi enĩ trãscẽderet ista oĩa q̃ creata sũt nõ puenirẽt ad eũ p quẽ fcã sũt oĩa. AVGV. de cõ. euã. Ex quo itelligi dat si diligẽter aduertas: tres euãgelistas tpalia fcã dñi et dicta que ad informãdos mores vite pñtis maxime valerẽt circa actiuã virtutem fuisse versatos. Joãnem vero fcã dñi multo pauciora narrantẽ. dicta vero eius: p̃sertĩ que trinitatis vnitatẽ et vite eterne felicitatẽ insinuarẽt: diligentius et vberi⁹ cõscribentẽ i virtute contẽplatiua cõmẽdãdã suã intẽtõẽz pdicationẽqz tenuisse. vñ alia tria p que tres alij euangeliste designantur: siue leo siue homo: siue vitulus in terra gradiunt: quia tres euangeliste in his maxime occupati sũt q̃ xps in carne opatus est: et que precepta mortalis vite exercende carnem portantibus tradidit. At vero ioannes supra nubila infirmitatis humane velut aquila volat et lucẽ incommutabilis veritatis acutissimis atqz firmissimis oculis cordis intuetur. ipsã enim maxime diuinitatem dñi: qua pñi est equalis intẽdit: eãqz pcipue suo euangelio qñtũ inter hoies sufficere credidit cõmẽdare curauit. GLO. Põt igitur euangelista ioannes cum Isaia propheta dicere: Uidi dñm sedentem super solium excelsum et eleuatum inquantum acumine visus christum in diuinitatis maiestate regnantem inspexit: que quidem etiam sua natura excelsa est et super omnia alia eleuata. Dicat enã euangelista ioannes. Et plena erat domus a maiestate eius: quia per ipsum narrat omnia esse facta: et suo lumine omnes homines in hunc mundum venientes illustrari. Dicat etiam q̃ ea que sub ipso erant replebant templum. quia dicit verbum caro factum est. et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratie et veritatis. sm q̃ de plenitudine eius nos omnes accepimus. Sic igitur premissa verba materiam huius euangelij continẽt: in quo ioannes dominum super solium excelsum sedentem insinuat: diuinitatẽ christi ostendẽs: et terrã ab ei⁹ maiestate impleri ostendit: dum oĩa p ei⁹ virtutẽ in eẽ pducta ostẽdit: et ppriis pfectiõib⁹ repleta: et inferiora ei⁹ .i. humanitatis mysteria: templum .i. ecclesiam replere docet dum in sacris humanitatis xpi et grãm et gloriam fidelibus reponemus.

CHRY. Qñ igit barbar⁹ hic et indisciplinatus talia loqt: que nullus vnq̃ in terra sũt hoĩs nouit vnq̃ sit hic solus eet miraculũ magnũ eet. Nũc aũt cũ his et aliud ipso mai⁹ tribuat argumentũ: qz a deo inspirata sũt ei que dicunt hec. s. q̃ oẽs audiunt: suadet oib⁹ p omne tps. Quis ergo nõ admirabit habitãtẽ in eo virtutẽ? ORIGE. in ho. Joãnes interptat grã dei: siue in quo est grã. vel cui donata est. Cui autẽ theologoꝛum donatum est ita absconditia summi boni penetrare mysteria: et sic hũanis mẽtib⁹ intimare? CAL.

In principio erat verbum.

CHRY. Omnib⁹ alijs euãgelistis ab incarnatiõe incipiẽtib⁹: ioãnes trãscurrẽs cõceptionẽ natiuitatẽ educatiõẽz augmẽtationẽ mox de eterna nob generatiõe narrat dicẽs: In principio erat verbũ. AVGV. lxxxiij. q̃ue. Qđ grece logos dr: latine et rõnẽ et verbum significat: sed hoc loco melius verbũ interpretatur: vt significet nõ solũ ad patrẽ respectũ: sed ad illa etiã que p verbũ fcã sũt operatiua potẽtia. Rõ aũt etsi nihil p eã fiat: recte rõ dr. AVGV. sup Jo. Quottidie aũt dicẽdo verba viluerũt nobis: qz sonãdo et trãseundo viluerũt. Est verbũ et i ipo hoie qđ manet intus. nã sonus pcedit ex ore. Est verbũ qđ vere spũaliter dr illud quod intelligis d sono nõ ipse son⁹. AVGV. xv. d tri. Quisquis aũt põt intelligere verbũ: nõ solũ añqz sonet: verũ et añqz sonoꝛũ ei⁹ imagines cogitatione voluant: iã põt videre p hoc speculũ atqz in hoc enigmate aliquã verbi illius similitudinẽ de quo dictũ ẽ: In pricipio erat verbũ. Necesse ẽ. n. cũ id qđ scimus loquimur ex ipa scia quã memoria tenem⁹ nascat verbũ: qđ eiusmodi sit oĩo cuiusmodi est illa scia d qua nascit. Formata quippe cogitatio ab ea re quã scim⁹ verbũ est qđ in corde dicim⁹: qđ nec grecũ est nec latinũ nec lingue alicui⁹. Sed cũ id op⁹ est in eoꝝ q̃b⁹ loquimur pferre noticiam aliqđ signũ quo significet assumit. Proinde verbũ qđ foris sonat: signũ est verbi qđ intus lucet: cui magis verbi cõpetit nomẽ. nã illud qđ pfert carnis ore: vox verbi est: verbũqz et ipm dr pp illõ a quo vt foris appeat assumptũ ẽ. BASIL. in ho. Hoc aũt vbũ nõ ẽ hũanũ vbũ. Quõ enĩ erat i pncipio hũanũ verbũ: vltio loco accipiente hoie pductõis principiũ: non igit in principio verbũ erat humanũ sed nec angeloꝛũ. Ois enĩ creatura infra seculoꝝum terminos est a creatore essendi sumẽs principium. Sed audi euãgelium decenter. Ipsum enim vnigenitum verbum dixit. CHRY. Si aũt quis dixerit cur patrem dimittens mox nobis de filio loquitur: Et quoniã ille qdẽ manifestus omnibus erat: etsi nõ vt pater: sed vt deus. vnigenit⁹ aũt ignorabat: ideo decenter eũ que de isto est cognitionẽ cõfestim i initio studuit imponere his qui nesciebãt eũ: sed neqz patrẽ in his que de filio sũt sermonibus tacuit. Propter hoc aũt et verbũ eum vocauit. Quia enĩ docturus erat q̃ hoc verbũ vnigenitus ẽ filius dei vt nõ passibilẽ estimet q̃s q̃s generationẽ pueniens vbi nuncupatiõe destruit pniciosam suspitionẽ esse ex deo filiũz impassibiliter ostendẽs. Secunda vero ratio est quia ea q̃ sũt patris nobis annũciare debebat. nõ simpliciter vero eũ verbum dixit: sed cum articuli adiectione a reliquis ipm separans. Consuetudo enim est scripture verba vocare leges dĩ et precepta. hoc autem verbum substantia quedam est hypostasis ens: ex ipso proueniens impassibiliter patre. BASIL. Quare igitur verbum quia impassibiliter natum est: quia ẽ generantis imago totum in seipso generantẽ demonstrans nihil inde separans sed in seipso pfectũ existẽs. AVGV.

xv. de trini. Sicut enim scia nostra illi scie dei: sic ⁊ nrz vbū
qd nascit ex nostra scientia: dissimile ē illi verbo dei: qd na-
tum est de patris essentia. Tale est aūt ac si dicerē d patris
scientia: de patris sapia: vel qd ē expressus de patre scientia:
de patre sapia. Verbū ergo dei patris vnigenit⁹ fili⁹: per oia
patri similis ⁊ equalis: hoc eni ē oio qd pater: nō tñ pr: quia
iste filius ille pater. ac per hoc nouit oia q̄ nouit pater: si ei
nosse d patre est: sicut esse: nosse eni ⁊ eē . ibi vnū est. Et ideo
patri: sicut esse non est a filio: ita nec nosse. Proinde tanq̄
seipm dicēs pr genuit verbū sibi eq̄le per oia. Nō eni seips
integre perfecteqz dixisset: si aliqd minus aut amplius esset
in eius verbo q̄ in seipso. Nostrum aūt verbū interi⁹ quod
inuenimus eē vtcunqz illi simile: q̄tū sit etiā dissimile nō
pigeat intueri. Est eni vbum mētis nostre q̄qz formabile:
nondū formatū: q̄dē mētis nostre: qd huc atqz huc volubi-
li quadam motione iactam⁹: cū a nobis nūc id nūc illud: sic
inuentū fuerit vel occurrerit cogitat: ⁊ tūc fit vez verbū:
quādo illud qd nos dixim⁹ volubili motione iactare: ad id
qd scim⁹ puenit atqz inde formaī: ei⁹ oīmodā silitudinem
capiens: vt quō res q̄qz scit: sic etiā cogitet. Quis nō videat
q̄ta sit hec dissilitudo ab illo di vbo qd in forma di sic ē vt
nō aū fuerit formabile postq̄z formatū: nō aliqū possit esse
īforme: sed sit forma simplex eq̄lis ei: d quo ē. Quapropter
ita dr illud dei verbū vt dei cogitatio nō dicat: ne aliqd eē
q̄si volubile dicat ī deo qd nūc habeat nūc accipiat formaz
vt verbū sit: eāqz possit amittere atqz īformiter quodamō
volutari. AVGV. de v. diu. Est. n. verbū dei forma q̄dā
nō formata: sz forma oīuz formatz: forma icōmutabilis: sine
lapsu: sine defectu: sine tpe: sine loco: supans oia: existēs i oi-
b⁹ fundamētū q̄dā i quo sūt: ⁊ fastigiū sub quo sūt. BASI.
Dz ast ⁊ verbū nrm exterius diuini verbi silitudinē quan-
d.i. nā nostrū verbū totā declarat mētis cōceptionē: q̄ nāqz
mēte cōcipim⁹: eā verbo pferim⁹. Et quidē cor nostrū q̄si fōs
q̄dā ē. verbū vero platū q̄si q̄dā riuulus manans ex ipso.
CHRY. Cōsidera et i euāgelista prudētiā spiritalē. noue-
rat hoies id qd antiq⁹ ē ⁊ qd ē aū oia maxime honorātes ⁊
ponētes deū pp hoc primū dicit pncipiū. In pncipio igt erat
vbū. ORIGE. Plura aūt sūt signata ab hoc nomie pncipi-
uz. Est eni pncipiū: sicut itineris ⁊ lōgitudinis: sm illud: Ini-
tiū boni itineris iustoz exercitiū. Est aūt pncipiū ⁊ gnātiōis
iuxta illud. Hoc ē pncipiū creature dñi: sed et deū nō error-
miter assereret aliqs oīum pncipiū. Illō et ex quo sicut ex pia-
cente materia alia fiunt: pncipiū ē penes eos q credūt illā in-
genitā. Est et pncipiū sm spēm sicut xps pncipiū eorū ē q sz
imaginē dei formati sūt: ē et pncipiū discipline: sm illō. Cū
deberetis esse magistri pp tps: rursus īdigetis vt doceamini
q̄ sūt elemēta exordij sermonū dei. Duplex eni ē documēti
pncipiū. hoc q̄dē nā: hoc vero quo ad nos: vt si dicat initiū sa-
pie fore. Nā q̄dē xps iquātū sapia ⁊ verbū dei ē: quo ad nos
vero iquātū vbū caro factū ē. Tot igit significatis ad psens
nobis de principio occurrētib⁹ pōt accipi illō ex quo qd est
agēs. cōditor. n. xps ē velut pncipiū: sm qd sapia ē vt verbū
i pncipio q̄si i sapia sit. plura. n. bona d saluatore dicūtur. ve-
lut igit vita in verbo ē: sic verbū i pncipio. i. in sapia erat. Cō-
sidera vero si possē ē sm hoc significatū accipe nos principi-
um: p vt sm sapiam: ⁊ exempla q̄ i ea sūt fiūt oia: vel qz prin-
cipiū filij pr ē ⁊ principiū creaturarū ⁊ oīum entiū p illō: In
pricipio erat verbū: vbū filiū itelligas in pricipio. i. in pre di-
ctū fore. AVGV. vi. de tri. Aut i principio sicut dictū ē: ac
si dicer: aū oia. BASI. Preuidit. n. spūssanct⁹ futuros quos-
dā inuidētes glorie vnigeniti qui pferrēt sophismata ad sub-
uersionē auditorū: qz si genitus ē: non erat: ⁊ anteq̄ genitus
esset: non erat. Ne igitur talia garrire psumāt: spūssanct⁹ ait:
In principio erat verbū. HYLA. ij. de tri. Trāseunt tpa:
trāscūt secula: tolunt etates: pone aliqd qd voles tue opinio-
ni pricipiū: non tenes tpe: erat. n. vñ tractat. CHRY. Si

cut aūt qs cū stat in naui secus littus: videt ciuitates ⁊ por⁹
Cū vo eū aliqs in mediū pelagi duxerit a priorib⁹ quidē de-
stere facit: nō tamē alicubi defigit ei oculū: ita euāgelista hoc
sup oēm nos ducens creaturā: suspensū dimittit ocu-
dans suspicere aliquē finē ad superiora: hoc. n. i pricipio erat
semp ⁊ infinite essendi significatiuū ē. AVGV. de v. diu.
sed dicūt. Si filius est: natus ē. hoc fatemur. adiungūt
de si natus est patri filius: erat pr anteq̄ ei filius nasceretur.
ce habet mr̄em: habet fratres habet ꝛ discipulos: inde fra-
tres: vnde mr̄em. Fratres enī scriptura nostra appellare cō
sueuit nō eos solos qui nascunt̄ ex eodē vtero aut eodē pa
tre aut ex eodē gradu: velut cōpatrueles aut cōsobrinos.
Unde ergo fratres dn̄o? Non enī maria iterum peperit:
absit. Inde cepit dignitas virginū. Abraā patru᷒ erat loth
ꝛ iacob laban fr̄m̄ habebat auiculū. ꝛ vtriq; dicti sūt fratres.
ALCVI. Fratres ergo domini dicuntur cognati marie
vel ioseph non filij marie vel ioseph: quia non solū beata
virgo sed etiam ioseph testis castitatis eius ab omni actio
ne coniugali immunis permansit. AVGVSTI. de cōsen.
euan. Qḋ vero dicit. Et discipuli eius: incertum est vtrum
iam illi adheserant etiam petrus ꝛ andreas ꝛ filij zebe-
dei. Mattheus enim primo narrat ꝙ venerit ꝛ habi-
tauerit in caphanaū ꝛ postea ꝙ eos de nauib᷒ piscātes vo
cauerit: an forte mattheus quod ꝑtermiserat recapitulauit
quia sine vlla ꝯsequētis temporis differentia dixit. Ambu
lans iuxta mare galilee vidit duos fratres: an potius alij di
scipuli fuerūt. Scriptura enī euāgelica ꝛ apostolica: nō so
lū illos duodenos appellat discipulos eius sed omnes qui in
eū credēntes ad regnū celorū magisterio ei᷒ erudiebant̄. Il
lud etiā regrēdū est quod hic dicit. Anteq̄ȝ ioannes baptista
missus esset in carcerem iesum isse in galileam cū matthe᷒
dicat. Cū aūt audisset ꝙ ioānes traditus eēt. secessit in galileā
similiter etiam ꝛ marcus. Lucas etiā nihil quidem dicit de
tradito ioāne sed post baptismū ꝛ tentationē christi dic eū
isse in galileam. sicut illi duo vnde intelligitur tres euange
listas nō ioanni euāgeliste contraria narrasse: sed pretermi
sisse primū domini aduentum in galileā postea q̄ baptiza
tus est quando illic aquam conuertit in vinum. EVSE. in
ecclesiastica historia. Cum enim triū euāgeliorū ad ioānē
euangelistā noticia peruenisset probasse quidem dicitur fi
dē ꝛ veritatē dictorū deesse tamen vidit aliqua ꝛ ea maxi
me que primo predicationis sue tempore dn̄s gesserat. Cer
tū est enī ꝙ in superioribus tribus euangelijs hec videntur
sola contineri que in eo gesta sunt anno quo ioannes bapti
sta vel inclusus est in carcere vel punitus: ꝛ ideo rogat᷒ dici
tur ioānnes apostolus vt ea que pterierāt priores ante tra
ditionē ioānis saluatoris gesta conscriberet. vnde siquis di
ligenter consideret: inueniet euāgelia nō dissonare sed al-
terius temporis gesta esse que scribit ioānes alterius vero
que ceteri. CHRY. Neq; enī in capharnaū miraculū vl
lū tunc operatus est: qui enī ciuitatē habitabāt illā. non sa-
ne se habebant ad christū: sed erant valde corrupti ideo ta
mē accedit ꝛ parum ibi trahit tempus propter eum qui ad
matrē honorē. BEDA. Ideo etiam non multis dieb᷒
ibi manserunt propter festum pasce qḋ iā appropinquabat.
vnde sequit̄. Et prope erat pasca iudeorū. ORIGE. Sed
quid intendit ibi appositio iudeorū? nō enim nationis alte
rius pasce solennitas fuerat. Forsan vō quia quoddā est pa
sca humanū: eorū qui procul a proposito scripture celebrāt
illud. quoddā vō diuinū ꝛ verū qḋ in spiritu ꝛ veritate per
ficitur. ad distictionē ergo diuini dicit̄ iudeorū. Sequit̄. Et
ascēdit hierosolymā. ALCVI. Bis in euangelijs legit̄
iesū ascēdisse hierosolymā semel in primo anno predicati
onis dn̄i adhuc ioānes nō erat missus in carcerē. de hoc ascē
su nūc agit̄; ꝛ iterū illo anno quo erat passurus. dedit aūt nob
exēplum dn̄s q̄ta cura diuinis subdi debeamus imperijs.
Si enim ipse dei fili᷒ decreta legis a se data implebat. cele
brans solēnitates cū ceteris hominib᷒: quāto studio bono-
rum operū serui debent solēnitates ꝛ puenire ꝛ celebrare.
ORIGE. Mystice aūt cū facta ē nuptiarū preparatio in
chana galilee descendit vna cū matre: fratrib᷒ ꝛ discipulis i
capharnaū: que interpretat̄ ager ꝯsolatōis. Oportebat enī
post vini alacritatē ad agrū cōsolatōis vna cū matre ꝛ discu
pulis ascendere saluatorē. cōsolaturū in futuris fructib᷒ in
agrorū multitudine suscipientes disciplinā eius: ꝛ aiam q̄ il
lū spūsctō concepit ꝛ iuuādos ibi. Sūt enī quidā fructifica
tes ad quos dn̄s ipse descendit vna cū verbi ministris atq;
discipulis adiuuās hos presente matre sua. Uidentur aūt q
capharnaum ducti sunt nō capere diuinū apud se iesum
ꝑsentiā: qm̄ illuminationē que de plurib᷒ dogmatib᷒ ē infe
rioris consolationis agellus non capit cū paucorū capax ex
stit. ALCV. Uel capharnaū villa pulcherrima ē ꝛ signi
ficat mundū in quē verbū patris descendit. BEDA. Nō
multis autē dieb᷒ ibi mansit qr partio in hoc mundo tēpo
re cū hominib᷒ conuersat᷒ est. ORIGE. Est autē hieroso
lyma ciuitas regis magni velut ipse saluator ait ad quā nul
lus eorū qui manent in terris conscendit nec ingredit̄. Sed
q̄libet aia que naturalē obtinet celsitudinē ꝛ acumē intelli
gibiliū perspicuum eius ciuitatis ē incola ad quā solus iesus
ascēdisse dicitur. Uidentur tamē post discipuli fore presen
tes dum recolunt Zelus domus tue comedit me. sed quā-
si in quolibet discipulorum iesus ascendit.

Et inuenit in templo vendētes oues ꝛ boues
ꝛ columbas ꝛ nummularios sedentes. Et cū
fecisset quasi flagellum de funiculis: omnes eie-
cit de templo: oues quoq; ꝛ boues: ꝛ nummu-
lariorum effudit es: ꝛ mensas subuertit. Et his
qui columbas vendebant dixit. Afferte ista hic:
ꝛ nolite facere domum patris mei domum ne-
gociationis. Recordati sunt vero discipuli eius:
qr scriptū est: zelus domus tue comedit me.

BEDA. Dn̄s hierusalē adueniēs continuo templū ora
turus adijt nobis dans exemplum vt quocunq; propera-
mus domū dei primo ingrediamur dominū deprecaturi.
vn̄ dicit̄. Et inuenit in tēplo vēdētes oues ꝛ boues ꝛ colum
bas. AVGV. Sacrificia enim illi populo pro eius carna
litate talia data sunt: quibus teneretur ne ad idola defluе

ret: ⁊ immolabant boues ⁊ oues ⁊ columbas. BEDA. Sed quia de lõginquo properãtes que iussa sunt immolari dño: secum ferre nõ poterant. eorum precia deferebãt. vnde nacta occasione hec animalia in tẽpla scribe ⁊ pharisei vendi instituerũt vt veniẽtes emerẽt ⁊ offerrẽt. Eadẽqȝ oblata ipsi alijs venderẽt ⁊ sic sua lucra accumularẽt. Unde ⁊ nũmularij ad hac sedebant ad mẽsaȝ vt inter emptores venditoresqȝ hostiarũ prompta esset pecunia: vnde subditur. Et nũmularios sedẽtes. Dñs aũt nolens aliquid i domo sua terrene esse negociatiõis neqȝ eius que honesta putaret ĩ. negociatores oẽs expulit foras. AVGV. Et q flagell ĩdius erat ab eis, prior illos flagellauit: vnde seqr̃. Et cũ fecisset q̃si flagellũ de funiculis: oẽs eiecit d̃ tẽplo. THEOPHI. Neqȝ solũ eos eiecit q vẽdebãt ⁊ emebãt. sed etiã res eorũ: vnde subditur. Oues quoqȝ ⁊ boues ⁊ nũmulariorũ effudit es ⁊ mẽsas euertit. s. nũmularias q̃ erãt quasi vasa denariorũ. ORIGE. Consideremus aũt ne forte enorme videat̃ q dei fili⁹ captis funiculis parat sibi flagellũ ad eyciẽdũ de tẽplo. Unũ tamẽ refugiũ ad hanc respõsionem relinquitur diuina ptãs iesu: vt cũ volebat posset iracũdiã hostiũ suffocare: q̃uis essent innumeri: ⁊ sedare mẽtiũ turbines Dñs eni dissipat cogitationes gẽtiũ. Presens aũt historia in nullo minorez potestatez pretẽdit his que ab eo miraculosius edita sunt. q̃n imo cõstat hãc maiorẽ demõstrare potẽtiã miracula quo aqua cõuersa est in vinũ: eo q illic inanimata subsistit materia: hic vo tot milliũ hominũ domãtur ingenia. AVGV. de consen. euan. Manifestũ est aũt non semel sed iterato hoc factũ esse a dño. Sed illd primũ cõmemorat̃ hic a ioãne: illd vltimũ a ceteris trib⁹. ORIGE. Et ioãnes qdez hic dicit q expulit vendentes de tẽplo. Mathe⁹ aũt ait. Qui expulit vẽdẽtes ⁊ emẽtes. Multo autem maior erat numerus emẽtiũ q̃ȝ vendẽtiũ: quoȝ expulsio trãscẽdebat dignitatẽ eius qui reputabat̃ fili⁹ carpẽtarij: nisi q diuina ptãte sibi oẽs subieceit vt dicnũ est. BEDA. Cõmẽdatur aũt in hac lectiõe vtraqȝ xpi natura. humana quidẽ in hoc q matrẽ comitẽ habuisse phibet̃. diuina vo ĩ hoc q ver⁹ dei fili⁹ demonstrat̃. Seq̃r eni. Et his qui vendebant colũbas dixit. Auferte ista hinc ⁊ nolite facere domũ pr̃is mei domũ negociationis. CHRY. Ecce patrez vocat: ⁊ nõ irascunt̃. estimãt eniȝ simpliciter eũ dicere. sed quia postea apertius loq̃bat̃ vt solaȝ representaret paritatis intelligentiã: pptera sciuiebãt. Et matthe⁹ qdẽ dicit q eyciens eos dicebat. Nolite facere domũ meã speluncaȝ latronũ. Illud enĩ fecit ad passionẽ veniẽs: ideo durioribus sermonib⁹ vtebat̃. Hoc aũt in pricipio signoȝ fecit vnde non ita aspera sed remissa quodãmodo increpatione vtit̃. AVGV. Ecce tẽplũ illud figura adhuc erat ⁊ eiecit inde dñs oẽs q ad nundinas venerant. ⁊ que ibi vendebãt: q̃ op⁹ habebãt homines in sacrificio illius tpis. Quid si ibi ebriosos inueniret si negociatõis nõ debet fieri dom⁹ dei: potationis fieri debet: CHRY. Sed cuius gratia tali vehementia christus vsus est: quia enim in sabbato curaturus erat ⁊ multa facturus que videbant̃ ab eis esse legis trãgressio: vt nõ videatur deo contrarius hoc cuȝ periculo fecit dons intelligere q qui periculis se exponit pro bono ornatu domus: dominiȝ dom⁹ nõ cõtẽnit: ⁊ ideo vt ostenderet suã cõsonantiã ad deũ: nõ dixit. Domũ sanctã sed domũ patris mei. Et propter hoc etiã subditur: Recordati vero sunt discipuli eius: quia scriptũ est zelus dom⁹ tue comedit me. BEDA. Discipuli enĩ vidẽtes in eo hunc feruentissimũ zeluȝ recordati sũt q a zelo dom⁹ pr̃is saluator eiecit impios de templo ALCVI. Zelus cuȝ ĩ bono accipit̃: est qdã feruor animi quo mens relicto humano timore pro defensione veritatis accenditur. AVGV. Comeditur ergo zelo dom⁹ dei q omnia que videt ibi puersa cupit emẽdare: ⁊ si emendare non potest: tolerat ⁊ gemit: si ergo in domo tua ne quid

peruersũ fiat satagis in domo dei vbi salus proposita est: debes pati quãtũ in te est siqd puersi videris: Amicus est: admoneatur leniter: vxor est: seuerissime frenetur: ancilla est: etiam verberibus compescatur fac quicqd potes pro psona quaȝ portas. ALCVI. Mystice aũt quotidie de⁹ spiritaliter suam ecclesiam intrat ⁊ qualiter ibi vnusquisqȝ conuersetur attendit. Caueam⁹ ergo ne in ecclesia dei fabulis vel risib⁹ vel odijs vel cupiditatibus vacem⁹ ne improuisus veniens nos flagellet ⁊ de ecclesia sua eyciat. ORIGE. Possibile est enim hierosolymitanum quoqȝ delicto subiacere ⁊ capacissimos denarioȝ nisi post delictum citissime conuertant̃ capacitatem amittunt: inuenit igitur in templo idest in sacris vl̃ ĩ enunciatione ecclesiastici sermonis quosdam qui patris domum negociationis constituebãt qm. s. venales exponũt boues quos oportet obseruare ad aratrum ne retrocedentes non disponant̃ ad regnum dei. Qui etiaȝ pferũt mãmonaȝ iniquitatis ouibus ex quib⁹ hũt ornatus materiaȝ: qui etiã solertiaȝ columbariȝ prurita qualibet amaritudine vilipendũt. Cũ ergo hos inuenerit saluator in domo sacrata: facto d̃ funiculis flagello fugat illas: vna cum venalibus ouibus ⁊ bobus suis. Expargit eris pondera velut idigna in domo dei retineri subuertitqȝ cõstitutas tabulas in aiabus auaroȝ ⁊ mandat ne vlteri⁹ in domo dei columbe vendant̃. Arbitror autez ⁊ exemplũ ipsiuȝ statuisse per predicta secretius vt intelligamus p hoc siquid agi debet erga sacrã illã oblationẽ a sacerdotib⁹ nõ debere ritu sensibiliũ oblationũ agi nec legem obseruari debere vt carnales iudei volebãt nã iesu ppellente boues ⁊ oues iubente auferri columbas que plurimuȝ offerebãt iuxta consuetudinẽ iudeoȝ: ⁊ subuertente mensas materialiũ nũmoȝ non expresse sȝ figuraliter continentiũ diuinas impressiones: ea. s. que sȝ legis scripturã videbãt honesta: ⁊ vtente eo in plebẽ flagellis dissoluenda ⁊ dispergẽda hec erant: translato regno ad eos qui ex gentibus crediderũt. AVGV. Uel vendentes ĩ ecclesia sunt qui que sua sunt querũt non que iesu christi. Uenale habent totũ q2 volunt redimi. Symon iõ volebat emere spiritũscm̃ q2 vẽdere volebat: erat eni de illis qui colũbas vẽdũt: etenĩ in colũba apparuit spũsscũs: colũba aũt nõ est venalis gratis dat̃ q2 gratia vocat̃. BEDA. Uendũt igit̃ colũbas q acceptã spũsscĩ gratiã nõ gratis vt p̃ceptum est: sȝ ad preciũ dant. Qui manuũ ipositionẽ qua spũsscũs accipit̃: etsi nõ ĩ questũ pecunie ad vulgi tñ fauorẽ tribuũt qui sacros ordines non ad vite meritũ sȝ ad gratiam largiũtur. AVGV. Boues ãt intelliguntur apostoli ⁊ prophete q nobis scripturas sacras dispensauerunt. Qui ergo ipsis scripturis fallunt populos a quib⁹ querunt honores: vendunt boues vendunt ⁊ oues. i. ipsas plebes: ⁊ eu vẽdũt nisi diabolo: Qui eni de vnica ecclesia pcipit̃: qs tollit nisi leo rugiẽs. BEDA. Ul' oues sunt opa munditie ⁊ pietatis. Uendũt ergo oues qui humane gr̃a laudis opera pietatis exercent. Nũmos mutuo dãt in templo qui aperte terrenis reb⁹ in ecclesia deseruiũt domũ etiã dũi faciũt domũ negociatõis nõ solũ hi q ppter sacros ordines preciũ pecunie vel laudis vel honores q̃runt: verumetiã hi qui gradũ vl' gratiã spiritualem quã in ecclesia domino largiente perceperũt: non simplici intentiõe: sȝ cura humane retributionis exercẽt. AVGV. Signum autem quoddã nobis oñdit dñs q fecit flagellũ de resticulis. ⁊ inde negociationẽ in templo facientes flagellauit. Etenĩ vnusqsqȝ in pctis suis restẽ sibi texit dũ pctã addit peccatis. Qñ ergo aliqd patiũt̃ homines ppter iniqtates suas agnoscãt q2 dñs facit flagelluȝ de resticulis ⁊ adhuc admonet eos vt mutent se: naȝ si se non mutauerint: audient in fine. Ligate illi manus ⁊ pedes. BEDA. Facto igit̃ de funiculis flagello illos eiecit de tẽplo quia de parte sortis sanctoȝ eyciũtur: qui inter sanctos positi vel ficte vel aperte

faciũt opa mala. Oues quoqꝫ ⁊ boues eiecit qui ⁊ talium vitã pariter ⁊ doctrinã ostẽdit esse reprobã. Nũmulariorũ quoqꝫ effudit es ⁊ mensas subuertit: qꝛ dãnatis in fine reprobis etiã ipsarũ quas dilexerũt rerũ tollet figura. Vẽditionẽ colũbaꝝ de tẽplo auferri precepit qꝛ gr̃a spiritꝰ q̃ gratis accipitur gratis dari debet. ORIGE. Pōt ēt per tẽplũ intelligi aĩa studiosi ꝑpter inhabitãs verbũ dei: in qua ante doctrinã iesu consisterãt terrestres ⁊ bestiales motus. Signũ aũt terrestriũ motuũ bos est quoniã est agricultor. Insensatorũ aũt motuũ ouis qꝺ est pluribꝰ animalibꝰ irrationalꝰ. Leuiũ vō atqꝫ incõstantiũ mẽtiũ signũ est colũba. Eoꝝ vero q̃ bona videntur signa sunt era q̃ xp̃s verbo doctrine expellit vt non vltra domus patris eius sit forum.

¶ Responderunt ergo iudei: ⁊ dixerunt ei. Quod signum ostẽdis nobis qꝛ hec facis? Rñdit iesus ⁊ dixit eis: Soluite templum hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerũt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatũ ē templũ hoc: et tu ĩ tribꝰ diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de tẽplo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius: qꝛ hoc dicebat de corpore suo: et crediderũt scripture et sermõi quem dixit iesus.

THEOPHI. Quia iudei videbant iesuꝫ talia facere cũ potestate multa ⁊ dicẽtes. Nolite facere domũ patris mei domũ negociationis. signũ ab eo petũt: vnde dicit̃. Rñderũt ergo iudei ⁊ dixerũt ei. Qꝺ signũ ostendis nobis qꝛ hec facis? CHRY. Sed nũqd signa opus erãt: vt ea que male fiebant cessare faceret? Nõne zelũ talẽ accipere ꝓ domo dei maximũ signũ virtutis erat? Nõ aũt illiꝰ ꝓphetie meminerãt: sed signũ petebant. simul qdẽ de suo turpi lucro impedito dolẽtes simul aũt ⁊ ꝓ hoc ꝓhibere euꝫ volẽtes. opinantur enĩ eũ aut ꝓuocare ad miracula: aut cessare ab his q̃ fiebant: ꝓpterea nõ dat eis signũ. sicut ⁊ post petẽtibꝰ signum rñdit dicẽs. Generatio mala ⁊ adultera signũ q̃rit ⁊ signũ non dabit̃ ei nisi signũ ione ꝓphete. Sed tunc qdẽ manifestius nũc aũt obscurius rñdet idẽ. Nõ aũt vbiqꝫ qui nõ petentes ꝓoccupat ⁊ signa dat: hic petentes auertisset nisi mentem eorũ cognouisset dolosaꝫ. Seqtur enĩ. Et dixit eis. Soluite tẽplũ hoc ⁊ in tribus diebꝰ excitabo illud. BEDA. Quia enĩꝫ signũ querebant a domino quare solita commertia ꝓyceret debuerit ex tẽplo. Rñdit. Qꝛ ipsꝫ tẽplũ significabat templũ corporis sui: in quo nullo prsus cēt alicuius macula peccati. q. d. Sicut inanimatũ tẽplũ a vestris cõmertijs scelerib' qꝛ mea expio piãte: ita ⁊ hoc corporis mei tẽplũ cuius istõ gestat figurã vestris manibꝰ dissolutũ tertia die resuscitabo.

THEOPHI. Nequaq̃ tamen illos ad homicidiuꝫ prouocat dicẽs soluite: sed hoc eis affectantibus: non sibi esse absconditũꝫ demõstrat. Audiãt autẽ arriani quõ dñs mortis destructor dixit: Excitabo virtute videlicet propria.

AVGV. Resuscitauit euꝫ qdeꝫ ⁊ pater cui dicit in psalmis: Excita me ⁊ reddã illis. Sꝫ qꝺ fecit pater sine verbo? quõ ergo euꝫ pater resuscitat: sic ⁊ filius resuscitauit. qꝛ filius dixit. Ego ⁊ pater vnuꝫ sumꝰ. CHRY. Propter qꝺ aũt signũ resurrectõis dat eis? quia. s. h maxie erat qꝺ ostẽdebat euꝫ nõ eẽ hoĩeꝫ puruꝫ posse aduersus mortẽ statuere triumphuꝫ ⁊ tyrãnidẽ eius longã velociter dissoluere. ORIG. Utraqꝫ aũt. s. ⁊ corpꝰ iesu ⁊ tẽplũ exẽplar mihi fore videnẗ ecclesie: eo qꝺ ex viuis lapidibꝰ cõstruit̃ in domuꝫ spiritualeꝫ in sacerdotiuꝫ sctm̃ ⁊ ꝓpter illud: Uos estis corpus xp̃i ⁊ mẽbra de mẽbro. Quãuis aũt dissolui lapidũ videat̃ structura ac dissipari oĩa ossa xp̃i aduersitatibus tribulationuꝫ instaurabit̃ tamẽ ac resuscitabit̃ die tertia. que in nouo celo ⁊ noua terra presens erit. Sicut enim illud christi corpus sensibile crucifixuꝫ est ac sepultuꝫ ⁊ postea resurrexit sic ⁊ totale sctõꝝ xp̃i corpus cõcrucifixum est xp̃o. Quilibet enĩ eorũ in nullo alio gloriat̃ nisi in cruce xp̃i: ꝑ quã ipse crucifixus est mũdo. sed ⁊ cõsepultꝰ est xp̃o ⁊ resurrexit cũ eo qꝛ in quadã nouitate vite ambulat. sed sm̃ beatã resurrectionẽ nõdũ surrexit: vnde nõ scriptũꝫ ē. Tertia die restaurabo illud: sed in tribus diebꝰ: ꝑficit̃ enĩ eius erectio in oibꝰ tribus diebꝰ. THEOPHI. Iudei enĩ de inanimato tẽplo putãtes eum hoc dicere deridebãt eũ: vnde sequitur. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta ⁊ sex annis edificatũ est tẽplũ hoc ⁊ tu in tribꝰ diebꝫ excitabis illud? ALCVI. Et notãduꝫ qꝺ nõ de prima edificatione que a salomone septẽ annis ꝑfecta est: sed de reedificatõe q̃ facta est sub ꝫorobabel ꝑ quadraginta ⁊ sex ãnos impedientibꝰ inimicis respondebant.

ORIGE. Uel dicit aliquis q̃draginta ⁊ sex annoꝝ extiterit compositũ. ex quo dauid allocutus est nathan ꝓphetã consulẽs de cõstructione tẽpli. ex tunc satagẽs ad cõgregandã materiã tẽpli. Sꝫ aduerte vō si possibile est quadragenariũ numeꝝ statui erga tẽplũ ꝑꝑ q̃ttuor elemẽta mũdi: ac senariũ ꝑꝑ hoc qꝺ hõ sexto die creatus est. AVGV. iiii. de tri. Uel hic numerꝰ pfectiõi dñici corporis apte cõgruit. q̃dragesies enĩ sexies seni: fiunt ducẽta sexaginta sex: q numerꝰ dierũ cõplet nouẽ mẽses ⁊ sex dies. Ipsa aũt pfectio corporis dñi tot diebus ad partũ ꝓducta cõperit̃ sicut a maioribus traditũ suscipiẽs ecclie custodit auctoritas. Octauo enĩ kalẽdas aprilis conceptꝰ credit̃. quo ⁊ passus. Natꝰ aũt tradit̃ octauo kalẽdas ianuarij. Ab illo ergo die vsqꝫ ad istũ cõputati ducẽti sexagitasex repiũt̃ dies. q senariũ numeꝝ q̃dragesies sexies habẽt. AVGV. octuagintatriũ q̃onuꝫ. Dicit̃ etiã conceptio hũana sic ꝓcedere ⁊ pfici primis sex diebꝰ q̃si lactis habeat similitudinẽ: sequẽtibꝰ nouẽ diebꝰ cõuertat̃ i sanguinem. deĩde duodeci diebꝰ solidet̃: reliqs decẽ ⁊ octo diebꝰ formet̃ vsqꝫ ad pfecta lineamẽta oĩuꝫ mẽbroꝝ: ⁊ in reliquo tpe vsqꝫ ad tps partꝰ magnitudine auget̃. Sex aũt ⁊ nouẽ ⁊ duodeci ⁊ xviij. i. vnuꝫ coacti fiũt. xlv. addito ergo vno fiunt q̃dragintasex: q si fuerint multiplicati ꝑ ipsum senariũ numeꝝ q huiꝰ ordinatiõis caput tenet. fiũt ducẽti ⁊ sexagintasex. i. nouẽ mẽses ⁊ sex dies. Nõ ergo absurde q̃dragintasex annis dicit̃ fabricatũ esse tẽplũ qꝺ corpꝰ eius significabat: vt quot ãni fuerint in fabricatõe tẽpli tot dies fuerunt in corporis dñici pfectiõe. AVGV. sup Joã. Uel aliter qꝛ dñs noster de adã corpꝰ accepit non de adã peccatuꝫ traxit templũ corporeũ inde sumpsit: nõ iniquitatẽ que de tẽplo pellẽda est. Si aũt facias q̃ttuor noĩa greca. Anatole qꝺ est oriens. Disis qꝺ est occidẽs. Arcbos qꝺ est septẽtrio. Mesembria qꝺ ē meridies: capita verboꝝ adam habent. A quattuor enĩꝫ ventis dñs collecturꝰ se dicit electos suos cũ venerit ad iudiciũ. Habẽt aũt litteree nois adã nũeꝝ sm̃ grecos: ⁊ ibi inuenit̃ q̃dragintasex annis edificatuꝫ tẽpluꝫ. Habet enĩ adã alpha quod est vnuꝫ: ⁊ delta quod quattuor ⁊ alpha quod est vnum ⁊ m. qꝺ est q̃dragita: ⁊ sic habes q̃dragintasex. Sed iudei qꝛ caro erãt: carnalia sapiebãt ille spiritualiter loq̃batur: ⁊ de quo tẽplo diceret per euãgelistã nobis aperuit. Sequit̃ enim. Ille autẽ dicebat de tẽplo corporis sui. THEOPHI. Ex hoc aũt appollinarius cõtradictionẽ sumit volens ostendere qꝺ caro christi esset inanimata eo qꝺ templum sit inanimatum ergo carnẽ christi ⁊ lapidem ⁊ lignum facies: qꝛ ex his templuꝫ consistit. Si aũt quod dicitur. Anima mea turbata est: ⁊ potestatem habeo ponendi animam meã nequaq̃ dici dixeris. vbi pones illõ. In manus tuas domine comẽdo spiritũ meũ? non enĩ hoc de anima irrationali intelligere poteris. Neqꝫ quod dicit̃. Non derelinques animã meam in inferno. ORIGE. Jõ autem corpus domini templũ intelligitur: quia sicut tẽplũ gloriam dei continebat habitantẽ in ipso. sic corpus christi

representā ecclesiā: vnigenitū ꝯtinet: q̄ ē imago dei ⁊ glīa. CHRY. Duo aūt erāt que obstabāt discipulis ne interiꝫ intelligerēt: vnū ipsa resurrectio alteꝝ vo q̄ȯ maiꝰ erat. s. q̄ deus erat q̄ in illo corꝑe habitabat q̄ȯ dn̄s occulte ōnderat dicens: Soluite tēplū hoc ⁊c. Et iō subdit̄. Cuꝫ er. sur. a mortuis. sūt dis. eiꝰ q̄a hoc dicebat de cor. suo. ⁊ cre. scri. ⁊ ser. queꝫ dixit Jesus. ALCVI. Aū resurrectionē eni nō intelligebāt scripturas: q̄ꝛ nōduꝫ accepāt spūsctm̄. Sed i die resurrectiōis apparēs dn̄s apuit discipulis sensuꝫ. vt itelligerēt q̄ ō ipso scripta erāt i lege ⁊ ꝓphis ⁊ tūc crediderūt scripture ꝓphaꝝ: q̄ ꝓdixerūt xp̄m tertia die resurrecturꝝ: ⁊ sermōi quē dixit Jesus. Soluite tēplū hoc. ORIGE. Sedꝫ anagogē vo cōplemētuꝫ fidei attigemꝰ in magna corpoꝝ resurrectōe totiꝰ corpis Jesu. i. ecclesie eiꝰ: cuꝫ fides q̄ est ex specie multū differat ab ea que ē ꝑ speculū in enigmate.

¶ Cū autē esset hierosolymis in pascha in die festo: multi crediderūt in nomine eius vidētes signa que faciebat. Ipse aūt iesus nō credebat semetipsum eis: eo q̄ ipse nosset oēs: ⁊ quia opus ei nō erat vt quis testimoniū ꝑhiberet de homie Ipse eni sciebat quid esset in homine.

BEDA. Superius euāgelista narrauit q̄d dn̄s hierusalē adueniens gesserit: nūc vo eodē hierosolymis cōmorante q̄d ab alijs erga eū actū fuerit refert. vn̄ dr̄. Cū āt es. hie. in pas. i die fe. m̄lᵗ. cre. i no. eiꝰ vi. sig. q̄ fa. ORIGE. Respiciēdū āt quō ex signis eiꝰ pleriq̄ꝫ vidētes credebāt i eū. Nō. n. dr̄ ꝓdigia fecisse hierl̄s: nisi forte cū fcā sint i scripturis nō hn̄tur. Aīaduerte vo si possibile ē in miraculis deputari q̄ fecerit flagellū ex funiculis ⁊ cunctos ex templo ꝓpulerit.

CHRY. Prudētiores āt fuerāt discipli q̄ ad xp̄ꝫ accesserāt nō ꝑꝑ signa ſꝫ ꝑꝑ doctrinā: nā grossiores q̄dē ꝑ signa trahūt: rōnabiliores vo ꝑ ꝓphias seu doctrinā. vn̄ subdit Ipse aūt Jesus nō credebat semetipꝫ eis. AVGV. Quid sibi vult hoc: Illi credebāt i noie eiꝰ: ⁊ ipse iesus nō credebat semetipꝫ eis: An forte n̄ credebāt ei ⁊ fingebāt se credidisse: Sed non diceret euāgelista. Multi crediderūt in noie eiꝰ. Magna ḡ res ⁊ mira: Credūt hoīes in xp̄m: ⁊ xp̄s nō se credit hoībꝰ: ꝓsertiꝫ q̄ꝛ filiꝰ dei ē: ⁊ vtiq̄ꝫ volēs passus ē: et si noluisset nunq̄ꝫ pateret: sed tales sūt oēs cathecumini. Si dixerimus cathecumino credis xp̄o: r̄ndet credo ⁊ signat se. Si interrogemus eū: Manducas carnē filij hoīs: nescit q̄d dicimꝰ: q̄ꝛ iesus nō se credidit ei. ORIGE. Uel dicēdū q̄ iesus nō se credidit credētibꝰ in noie eius: ⁊ nō in illū. In illū eni credunt q̄ angustā viā vadunt ducētē ad vitā. q̄ āt credūt signis: nō i eū ſꝫ i noie eiꝰ credūt. CHRY. Uel hoc dicit q̄ꝛ nō cōfidebat in eis vt i discipl̄is ꝑfectis. neq̄ꝫ cōmittebat eis oīa dogmata vt iā firmiter fidelibꝰ fratribꝰ. Non eni intēdebat exterioribus vbis ad mētem eoꝝ intrans ⁊ tēpus opportunū manifeste sciens. vn̄ seq̄r: Eo q̄ ipse nosset oēs: ⁊ q̄ꝛ opus nō erat vt q̄s testimoniū ꝑhiberet de hoīe: ipse eni sciebat q̄d eēt in hoīe. Scire eni ea q̄ sunt in corde hominū est dei: q̄ solus corda plasmauit. nō idigebat ergo testibus vt ꝓprioꝝ plasmatū mentē addiscat. AVGV. Plus etiaꝫ nouerat artifex quid esset in opere suo q̄ꝫ ipsum opus quid esset in semetipso. Nam ⁊ petrus nouerat quid in ipso esset quando dixit: Tecum ero vsq̄ꝫ ad mortem. sed dominus nouerat q̄d eēt in hoīe dicēs: priusq̄ꝫ gallus cātet ter me negabis. BEDA. Quapropter monemur vt nunq̄ꝫ de conscīa nostra securi simꝰ: ſꝫ semꝑ solliciti formidemus quia q̄ȯ nos latet eternū arbitriū latere nō valet. CA. III

Rat aūt homo ex phariseis nicodemus noīe priceps iudeorum: Hic venit ad iesū nocte ⁊ dixit ei: Rabbi scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim pōt hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo. R̄ndit iesus ⁊ dixit ei: Amē amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum dei.

AVGV. Superius dixerat q̄ cū eēt hierosolymis multi crediderūt i noie eius videntes signa ⁊ ꝓdigia que faciebat. Ex his āt erat nicodemꝰ de quo dr̄. Erat āt hō ex phariseis nicodemꝰ noie. BEDA. Cuiꝰ et dignitatis offm̄ ōn dit: cū subdit̄ Prin. iu. Deide q̄d egerit cū subiecit: Hic ve. ad ie. no. cupiēs. s. secreta eius allocutiōe pleniꝰ discere mysteria fidei: cuiꝰ apta ōnsiōe signoꝝ iaꝫ rudimēta ꝑceꝑat. CHRY. Adhuc tn̄ a iudaica detinebat̄ infirmitate ꝓpterea ⁊ nocte venit: trepidās i die hoc facere: vn̄ ⁊ euāgelista alibi dicit. Qm̄ ex ꝑncipibꝰ multi crediderūt in eū. sed propter iudeos non confitebantur: vt nō extra synagogam fierent expulsi. AVGV. Nicodemꝰ etiā ex illo numero erat qui crediderūt: ſꝫ nōdū renati sūt. vn̄ hoc ad rē pertiet q̄ i nocte venit. Renati autē ex aqua ⁊ spiritusancto audiunt ab apostolo. Fuistis aliq̄n tenebre: nūc āt lux i dn̄o.

AIMO. Ul' pulchre i nocte vēisse dicit̄: q̄ꝛ tenebris ignorātie obnubilatꝰ ad tantā lucē nōdū peruenerat. vt ꝑfecte deū veꝝ crederet. Nox eniꝫ i sacro elogo ꝑ ignorātia ponitur. vnde subdit̄: Et dixit ei: Rabbi scimus q̄ꝛ a deo venisti magister. Quod autē hebraice rabbi. latine dicit̄ magister. Magistꝝ ergo appellat ⁊ deū tacet: q̄ꝛ credebat eū a deo missuꝫ ſꝫ tn̄ vt deus est deū nō agnoscebat. AVGV. Unde autē iste crediderat: patet ꝑ id quod subdit: Nemo eniꝫ pōt hec signa facere q̄ tu facis nisi fuerit deus cuꝫ eo. Sic ergo nicodemus de illis m̄ltis erat q̄ crediderant i noie eius Uidētes signa que faciebat. CHRY. Sed tamen neq̄ꝫ a signis aliquid magnuꝫ existimabat de eo. sed adhuc humanā habens de eo mentem vt de propheta loquitur ad operationē eū missuꝫ dicēs. Et alieno auxilio idigentē hec agere que agebat. cū tn̄ pater ꝑfectū eū genuerit: ⁊ sufficiētē sibyps̄i: ⁊ nihil h̄ntem iperfectū. q̄ꝛ vo christi studiū erat interim non ita dignitateꝫ suā reuelare: sicut ꝑsuadere q̄ nihil ex aduerso agebat patri: ꝓpterea in verbis multotiens humiliter loquēs videt̄: i rebꝰ aūt cū ꝑtāte oīa operat̄. Ideoq̄ꝫ ⁊ nicodemus nunc manifeste quidē nihil excelsum loquit̄ de ipso occulte aūt ab humili eū opiōne reducit: docens q̄ sufficiens sibyps̄e ē in miraculoꝝ operatione. vnde subditur. Respōdit iesus ⁊ dixit ei: Amen amen dico tibi: nisi q̄s renatus fuerit denuo non potest videre regnum dei. AVGV. Isti sunt ergo q̄bus se credit iesus: qui nati fuerint denuo qui non in nocte veniunt ad iesuꝫ sicut nicodemus. tales eni iā etiam ꝓfitent̄. Dicit ergo: Nisi q̄s renatus fuerit ⁊c. q. d. Quia nōdū es natus denuo. i. ex deo. Spirituali generatione. noticia quā habes de me spiritalis nō est: sed aīalis ⁊ hūana. Ego aūt dico tibi q̄ siue tu siue alius quicunq̄ꝫ: nisi ex deo denuo natus fuerit nō poterit apprehēdere gloriam que circa me ē: sed extra regnū erit. nā generatio que per baptismū fit illuminationē aīe tribuit. CHRY. Uel littera talis est: Amē amē dico tibi: nisi q̄s renatus ⁊c. hoc ē: si tu nō natus fueris desuper: ⁊ dogmatum susceperis certitudinē alicubi: extra erras ⁊ longe es a regno celoꝝ: seipsuꝫ hic ostendens ⁊ indicans: q̄m non est hoc tm̄ quod videtur: sed alijs oculis opus est ad videnduꝫ eum. Hoc autē quod dicit. Desuper. hi quidē. i. de celo exponūt: alij vo a ꝑncipio. Igitur iudei quidē si hoc audissent: deridentes vtiq̄ꝫ discessissent: hic vero ⁊ in hoc amorem discipuli ostendit q̄ a christo vlterius interrogat.

¶ Dicit ad eū nicodemus: Quō potest hō nasci cum sit senex: nūquid potest in vētrē matris sue

iterato introire τ renasci. Rñdit iesus: Amē amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua τ spiritu sancto: non pōt introire in regnū dei. Qđ natū ē ex carne: caro ē: τ quod natū ē ex spū: spūs ē. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: τ vocē ei⁹ audis: sed nescis vnde veniat: aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu.

CHRY. Ueniens nicodemus ad Jesum vt ad hoiez audiens maiora q̄ ab hoīe erigit̄ ad altitudinē eoꝝ q̄ dicunt̄ nō q̄dē excidens a fide: s; infert hanc īpossibilitatē vt in apriorē ꝓuocet doctrinā. Duo aūt erāt q̄ admirabat̄: s. natiuitas talis τ regnū: neq; eni audita erant apud iudeos. Sed interim circa primis instat: quod maxime eius mentez concutiebat. Unde dicitur: Dicit ad eū nicodem⁹: Quō pōt hō nasci cum sit senex? Nunqd pōt in ventrē matris sue iterato introire τ renasci? BEDA. Sic verba ista sonare videtur quasi puer queat iterato in ventrē matris introire τ renasci. Sed sciēdū q̄ ipse senex erat: ideoq; de se ꝓtulit exēplū ac si diceret: Ego sū senex τ meā quero salutē: quō possū in ventrē matris introire τ renasci? CHRY. Rabbi eū vocas τ a deo venisse dicis τ nō suscipis que dicunt̄: sed loqueris ad magistrū dictionē q̄ multā ꝑturbationē inducit. hoc eni. s. quō querere eoꝝ ē q̄ nō valide credūt: τ multi sic querētes a fide deciderūt: hi quidē dicētes: Quō deus est īcarnatus: alij quō mansit impassibi'is: propterea τ hic propter anxietatez modū exquirit: sed aliquis cogitationibus proprijs spiritualia enertit derisibilia loquit̄. AUGU. Spūs eni loquit̄ τ ille carnē sapit. nō nouerat iste nisi vnā natiuitatē scilicet ex adam τ eua τ ex deo τ ecclesia nōdū nouerat: sic tamē tu intellige natiuitatē spūs⁹ quomodo intellexit nicodem⁹ natiuitatē carnis. quomō enim vter⁹ nō pōt repeti sic nec baptism⁹. CHRY. Nicodemo aūt decidenti ad eam que hic ē natiuitatē xp̄s manifestius reuelat spiritualis natiuitatis modū. vñ sequitur: Respōdit Jesus: Amē amē dico tibi. nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua τ spiritu sancto non potest introire in regnū dei. AUGU. Ac si dicat. Tu carnalē gñationem intelligis: sed ex aqua τ spiritu oportet q̄ nascatur homo ꝓpter regnū dei. Si ꝓpter hereditatem patris hoīs tꝑalis nascatur aliquis ex visceribꝰ matris carnalis: τ ꝓpter hereditatē patris dei sempiternā nascatur ex visceribꝰ ecclesie. Cū āt ex duobꝰ hō ꝯsistat: ex corpore videlicet τ aīa duplicē habet τ hō modū gñatiōis. Aq̄ eni que visibilis est ad emūdationē corpis intelligit̄. Spiritus vō inuisibiliter cōcurrēs ad emūdatiōem inuisibilis anime innuit̄. CHRY. Si vō quis iterrogat qualiter ab aqua hō nascit̄: interrogo τ ego qualiter natus ē adaz a terra: Sicut eni ī principio subijciebat̄ elemētū terre: totū vero op⁹ plasmātis erat: ita τ nūc subijcit̄ elemētū aqua: totuz vero est spūs gr̄e. Tūc padisū dedit in conuersatiōez: nunc aūt celū nobis apuit. Sed que necessitas aq̄ his q̄ spūsctm̄ suscipiūt. diuina eni in ea pꝑficiūtur symbola: sepultura τ mortificatio resurrectio τ vita. Sicut enī in quodā sepulchro in aqua nobis submergētibꝰ capita: vetus hō sepelit̄: τ submersus deorsū occultatur. deinde nobis rursus ascēdit: hoc etiā sit vt discas q̄m virtus pr̄is τ filij τ spūsctī cū oīa ꝯplet: τ q̄ xp̄s tres dies ad resurgēdū expectauit. Qđ igitur ē matrix fetui: hoc ē fideli aq̄. ī aq̄ eni plasmat̄ τ figuratur: sed qđ in matrice plasmatur tꝑe indiget: quod vero ī aqua non ita: sed in vno momēto oīa fiūt. Talis eni est natura corporū vt tempore assumāt pfectionē. in spiritualibꝰ vero nō ē ita: q̄m pfecta a principio constituuntur que fiūt. ex quo igitur ascendit a iordane dñs nō adhuc reptilia animarū viuētiū. sed aīas spūales τ rationabiles aqua reddit.

AUGU. de baptis. puulo. Sed quia nō ait: Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua τ spū nō habebit salutē vel vitaz eternā: sed nō intrabit in regnū dei. ad hoc inquiunt quidā: Paruuli baptiçandi sunt vt sint cū xp̄o in regno dei: vbi nō erūt si baptiçati nō fuerint: q̄uis τ sine baptismo si paruuli moriantur salutē vitāq; eternā habituri sint quoniā nullo peccati vinculo astricti sunt. Sed cur nascat̄ denuo nisi renouandus a vetustate: aut vnde imago dei nō intrat in regnū dei nisi impedimēto ꝓhibēte peccati. AIMO. Talia āt ac tanta secreta mysteria nicodemo capere nō valenti dñs ex carnali natiuitate similitudinē dedit dicēs: Quod natuz est ex carne caro est: τ qđ natū est ex spū spūs est. Sicut eni caro carnē ꝓcreat ita quoq; spiritus spūz parit. CHRY. Nihil igitur sensibiliū inquitas neq; estimes q̄ carnem generet spūs. domini enim caro genita est non quidem a spiritu solum: sed etiam a carne. Quod autem natum est ex spiritu spirituale est. Natiuitatem enim hic non eam que sm̄ substantiā dicit: sed eam que sm̄ honorem τ gratiam. Si igitur τ filius dei ita natus ē: qđ plus hēbit oībꝰ q̄ ita nati sūt? Inueniet aūt τ spū minorē ei⁹ natiuitas gr̄a spūs sit: τ qđ hec a iudaicis distāt dogmatibus? Unde aūt τ spiritussancti dignitatē. dei eni op⁹ videt̄ facere. supra. n. dixit. Quoniam ex deo nati sūt. hic aūt q̄m spūs eos generat. Dicēs autez xp̄s q̄m qui natus ē ex spū spūs ē q̄z turbatū rursus vidit: ad sensibile exēplū ducit sermonē dic̄s. Nō mirer. q̄z dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Dicēdo eni; ne mireris: ostēdit animi eius turbationē. Ponit autē exemplū q̄ neq; cōionē aliquā ad corpoꝝ grossiciē habet neq; ad icorporeoꝝ pueniens naturā: quod ē vētꝰ del aio dicēs. Spirit⁹ vbi vult spirat. τ vocē eius audis s; nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic ē oīs qui nat⁹ ē ex spū. Qđ dicit tale ē. Si ventū nullus detiet: sed quo vult fertur: multomagis spūs actionē nature leges detinere nō poterūt nō termini corpalis natiuitatis: neq; aliud qđ taliū. Q̄m aūt de vēto hic dem ē manifestat illud quod dicit: Uocē eius audis i sonitū pcussiōis. nō eni loquens īfideli τ nescienti spūs actionē hoc diceret. Dicit aūt: Ubi vult spirat: nō quasi electionē quādam vēto habēte sed ē im que a natura ē mutatōem q̄ nō ꝓhibetur τ cum ptāte fit. Et nescis vnde veniat aut quo vadat. i. si huiꝰ spiritus cuius sensū suscipis auditu τ tactu īterpretari nescis viam: qualiter diuini spiritus opatiōnē scrutatis: vnde subdit: Sic ē oīs q̄ natus ē ex spū. AUGU. Sed q̄s nostruz nō videat verbi gratia austꝝ euntē a meridie ad aquilonem: aut aliū ventū venientē ab oriēte τ occidēte: quomodo ergo nescimus vnde veniat: aut quo eat? BEDA. Spirit⁹ igit̄ sanctus est qui vbi vult spirat: quia ipse in potestate habet cuius cor gratia sue visitationis illustret. τ vocē eius audis: cum te presente loquitur is qui spiritusancto repletus est.

AUGU. Sonat psalmus sonat euāgelium. sonat sermo diuinus. vox spiritus est. hoc igitur dicit: quia verbo τ sacramēto inuisibiliter adest spiritussanctus vt nascamur. ALCVI. Ergo nescis vnde vēiat aut quo vadat: q̄z etsi te presente spiritus ad horam quēpiam repleuerit nō potest videri quomodo in eum intrauerit vel quomodo redierit: quia natura est inuisibilis. AIMO. Siue nescis vnde veniat: quia quō credentes ad fidem introducat ignoras: vel quo vadat: quia quomodo fideles ad speciem perducat nescis: τ sic ē omnis qui natus est ex spiritu: ac si dicat. Spiritussanctus spiritus inuisibilis est: ita τ quisquis ex spiritu nascitur inuisibiliter nascitur. AUGU. Uel aliter. Et si tu nascaris de spiritu: hoc eris: vt ille qui nō est natus adhuc de spiritu nesciat vnde venias aut quo eas. Hoc eni secutus ait: Sic est omnis qui natus est ex spiritu. THEOPHI. Cōfundatur ergo macedonius impugnator spiritus. qui seruū spiritumsanctum asserunt: Spiritus enim sanctus propria potestate τ vbi vult: τ qualiter vult operatur.

¶ Respondit nicodemus ꝛ dixit ei: Quō possūt hec fieri? Rñdit iesus ꝛ dixit ei: Tu es magister in israel ꝛ hec ignoras? Amē amen dico tibi: qꝛ quod scimus loquimur: ꝛ quod vidimus testamur: ꝛ testimoniū nostrū nō accipitis. Si terrena dixi vobis ꝛ nō creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis?

AIMO. Mysterium diuine maiestatis nicodem⁹ capere non valet que a dn̄o audiebat ꝛ ideo rōnem querēs factuꝫ nō abnegans: nō voto reprehēdētis sed affectu discētis dominum interrogat: vnde dicitur. Respondit nicodem⁹ ꝛ dixit ei: Quō possunt hec fieri? CHRY. Quia igitur adhuc in iudaica vilitate manet ꝛ exēplo ita manifesto dicto ei adhuc interrogat: de reliquo asperius ad euꝫ xp̄s loquitur. vnde sequitur: Respondit ꝛ dixit ei: Tu es magr̄ in israel ꝛ hec ignoras? AVGV. Quid putamus dn̄m huic magro iudeorum quasi insultare voluisse? volebat quidem illum nasci d spū. nēo aūt ex spū nascit̄ nisi humilis fuerit qꝛ ip̄a humilitas facit nos nasci de spū. Ille aūt magisterio inflatus erat: alicuius momēti sibi eē videbat̄: qꝛ doctor erat iudeorum. Deponit ergo dn̄s superbiā eius vt possit nasci de spū. CHRY. Nequaq̄ tn̄ nequitiā accusat viri sed insipientiā ꝛ ruditatem solū. Sed dicet aliquis qd cōe habꝫ hec natiuitas de qua. s. christus locut⁹ est ad iudaica dogmata? Dꝫ idē cōe. nā q p̄m⁹ hō fcūs ē: ꝛ q̄ de costa fcā ē mulier: ꝛ que steriles genuerūt: ꝛ que p aquā miraculo pfecta sunt: Dico aūt q̄ heliseus de aqua ferrū eduxit. ꝛ q̄ iudei mare rubrū trāsierūt: ꝛ q̄ naaman syrus in iordane purgat⁹ ē: Hec oia natiuitatē spūalē ꝛ purgamētū inea futurū figuraliter p̄sonabant. ꝛ ea que a prophetis sunt dicta occulte ondūt huc natiuitatis modū vt p̄ut illud. Renouabitur vt aquile iuuentus tua. ꝛ beati quorū remisse sunt iniquitates. Sed ꝛ ysaac figura huius natiuitatis erat. Hec igitur rememorās dixit: Tu es magr̄ in isrl̄ ꝛ hec ignoras? Rursus aūt aliūde suum sermoneꝫ ei credibilē facit: ad ībecillitatē eius cōdescendēs cū subdit. Amen amen dico tibi qꝛ quod scim⁹ loquimur: ꝛ qd̄ vidim⁹ testamur: ꝛ testimoniū nostrum non accipitis. Apud nos visus alijs sensib⁹ certior ē: ꝛ si volum⁹ aliquē facere credere ita dicim⁹ qm̄ oculis nr̄is vidim⁹. Propterea xp̄s hūano loquēs ad eū sermone nō visuꝫ sensibilē inducit sed manifestum ē q̄ de certissima cognitione ꝛ non aliter se habente loquitur: igit̄ hoc quidē. i. quod scimus ait de seipso solo. AIMO. Querit̄ aūt quare pluraliter dicat Quod scimus loquimur. Ad hoc dicēdum q̄ vnigenitus dei filius erat qui hoc loquebatur: ondens qualiter pater est in filio: ꝛ filius in patre: ꝛ spūssanct⁹ ab vtroqꝫ indiuisibilis procedat. ALCVI. Vel dicit pluraliter: ac si dicat: Ego ꝛ illi qui mō spū sunt renati: intelligim⁹ illud quod loquimur: ꝛ quod vidim⁹ apud patrē in abscondito hoc testamur foris in mundo: ꝛ vos qui carnales estis ꝛ superbi nō accipitis testimoniū nostrū. THEOPHI. Quod nequaq̄ de nicodemo dicit: sed de genere iudeoꝝ qui vsqꝫ ad finem in p̄fidia permanserunt. CHRY. Quod quidem non turbari verbū est: sed mansuetudinem ostēdentis. Hinc enī erudit nos cum ad aliquos locuti fuerimus ꝛ non persuaserimus non tristari neqꝫ irasci: sed nostrū sermonē credibilē facere non solum nō irascendo: sed ēt non clamādo. Materia. n. ire clamor est. Jesus aūt dogmata excelsa tangere debens: propter audientium infirmitateꝫ se detinet multotiens: ꝛ non p̄tinue dignis sua magnitudine dogmatib⁹ imoratur: sed magis his que cōdescensioneꝫ hn̄t. vn̄ hic subditur: Si terrena dixi vobis ꝛ non creditis: quō si dixero vobis celestia credetis? AVGV. Hoc est si nō creditis qꝛ tēplū possꝫ suscitare delectū a vobis: quō creditis qꝛ p̄ sp̄m sc̄m p̄nt homines regenerari? CHRY. Vel aliter: Si baptismuꝫ terrenū dicat nō mireris: qꝛ in terra perficit̄. ꝛ cōparatione illius natiuitatis stupende que est ex substantia p̄ris terrena est gratie natiuitas: ꝛ bene nō dixit: Non intelligitis: sed non creditis. nā cū quis aliqua per intellectū suscipere non valet amētie vel ignorantie imputat̄. Cū aūt hoc non suscipiat aliquis quod solū fide oportet suscipere: non amētie: sed infidelitatis est accusatio. Dicebātur aūt hec etsi nō credebantur quia posteri erant ea suscepturi.

¶ Et nemo ascēdit i celum: nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est ī celo.

AVGV. De baptismo paruulorū Notata paululū ei⁹ imperitia: q se ceteris de magisterio p̄ferebat: ꝛ oīum taliū incredulitate reprehēsa rn̄det q̄ alij credāt si illi nō credūt ad illō qd̄ iterrogat⁹ est: quō p̄nt ista fieri dicens. Et nemo ascēdit in celū nisi qui descēdit d celo filī⁹ hoīs q est ī celo. q. d. sic fiet generatio spūalis. vt sint celestes hoīes ex terrenis qd̄ adipisci nō poterūt: nisi mēbra mea efficiant̄: vt ip̄e ascēdat q descēdit. nō aliud deputās corpus suū. i. ecclesiaꝫ suam q̄ꝫ seipsum. GREGO. xxvij. mora. Quia enīꝫ nos vnū cū illo iam facti sumus: vnde solus venit in se solus redit etiam in nobis: ꝛ is qui in celo semper est ad celum quotidie ascendit. AVGV. De baptismo paruuloꝝ: Quāuis autē i terra factus sit filius hoīs: diuinitatē tn̄ suam: qua in celo manēs: descēdit ad terraꝫ non indignās censuit noīe filij: hoīs sicut carnē suā dignatus ē noīe filij dei. per vnitatē eni persone: qua vtraqꝫ substātia vnus ē xp̄s: ꝛ filius dei ambulabat in terra: ꝛ idem ipse filius hominis manebat in celo. Fit ergo credibiliorum fides ex in credibilioribus creditis. Si enim diuina substantia longe distantior potuit propter nos ita suscipere hūanā substātiā vt vna persona fieret: q̄ꝫto credibilius alij sancti fiūt cū hoīe christo vnus christus: vt oībus per eius gratiā ascēdētib⁹ ipse vnus ascēdat in celū qui de celo descendit? CHRY. Vel aliter: Qꝛ dixerat nicodemus: Scim⁹ qm̄ a deo venisti magister: ne estimet̄ ita esse magister vt multi p̄phetaꝝ de terra existimantes subiungit. Et nemo ascēdit in celū. nisi qui descēdit de celo filius hominis qui est in celo. THEOPHI. Cū vo filiū hoīs descēdisse de celo audis: nō putes q̄ de celo caro descenderit: hoc eni hereticoꝝ dogma ē qui docebāt q̄ christus de celo corpus sumpserat: ꝛ per virginem transierat. CHRY. Filiū eni hoīs nō carnē hic vocauit sꝫ a minori substātia se totū noīauit. Est eni ei cōsuetudo multotiens a diuinitate: ꝛ multotiēs ab hūanitate totū vocare. BEDA. Si enī aliquis homo nudus de monte ad conuallia descēdat: ꝛ assumptis vestimētis et armis ad eundē montē ascendat recte ip̄se idē qui prius descendit ascēdisse perhibetur. HYLA. x. de trini. Vel quia de celo descēdit ꝯceptę de spū originis causa ē. Nō eniꝫ corpori Maria originē dedit: lꝫ ad incremēta partūqꝫ corporis omne qd̄ sexus sui est naturale contulerit: q̄ vero hominis filius ē: suscepte in virgine carnis est partus. q̄ autē in celis est nature semp̄ permanentis potestas ē: que non ex infinitatis sue virtute i regionem diffiniti corporis coartauit verbi dei p̄tātē: ꝛ in forma serui manens ab oī intra extraqꝫ celi mundiqꝫ circulo: celi ac mundi dn̄s nō abfuit. per hoc ergo ꝛ de celo descēdit: qꝛ filius hoīs ē: ꝛ in celis est. quia vbū caro factū non amiserat manere quod factū est. AVGV. Miraris autē quia hic erat ꝛ in celo: Tales fecit discipulos suos: paulū audi dicentem: Nostra cōuersatio in celis ē. si hō paulus ambulabat ī terra: ꝛ conuersabatur in celis: deus celi ꝛ terre nō poterat esse in celo ꝛ in terra? CHRY. Vide autē quia qd̄ valde videtur excelsum indignū est sua magnitudine. nō eni solū ī celo est: sed vbiqꝫ ꝛ oīa replet: sed adhuc ad imbecillitateꝫ auditoris loquitur paulatiꝫ eū reducere volens.

¶ Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipso non pereat: sed habeat vitam eternam.

CHRY. Quia dixerat beneficiũ baptismi inducit huius cām s. crucē dicēs Et sicut moyses ꝛc. BEDA. Magister legis mosayce ad spūalē sensum eiusdē legis inducit recordans veteris historie: ꝛ hāc in figurā sue passionis atq3 humane saluationis factā edisserens. AVGV. de baptis. paruulo. Serpentũ morsib⁹ in deserto multi moriebāt: ac sic moyses ex precepto dñi exaltauit in deserto eneũ serpentē3 hunc vidētes sanabant continuo. Exaltatus serpēs est mors xpī eo significandi modo quo p efficiētē id qd efficitur significat. A serpente quippe mors venit. qui peccatū quo mori mereret homini persuasit. dñs aūt in carnē3 suā nō peccatū trāstulit tāq3 venenū serpētis sed mortē: vt eēt in similitudie carnis peccati pena sine culpa vñ i carne peccati ꝛ pena solueret ꝛ culpa. THEOPHI. Videas ergo figurā ad veritatē. Ibi eni3 serpentis similitudo spēm qdē bestie h3: venenū aūt nō habet: sic ꝛ hic xps a petō liber in similitudinē carnis peccati venit. Exaltari aūt audiēs suspēsionem intelligas i altū vt sanctificaret aerem q sanctificauerat terrā ambulādo in ea: intelligas etiā per exaltationē gloriā: nā illa crucis altitudo gloria christi fcā est. i quo eni3 iudicari voluit in hoc huius mūdi pncipē iudicauit. Adam eni3 iuste mortuus est: q peccauit. dñs vero iniuste q peccatū nō fecit. Postq3 ergo iniuste mortē sustinuit superauit illū q eū tradidit morti. ꝛ sic liberauit adā a morte sed i hoc deuictū se inuenit. Nō eni potuit in cruce dñm ɔtristare: vt crucifigētes odiret: sed magis diligebat: ꝛ pro eis orabat. sic igit crux xpi eius exaltatio ꝛ gloria facta est. CHRY. Iō etiā nō dixit. Pendere oportet filiū hois. s3 Exaltari. q a honestius hoc videbat. vñ ꝛ propter audiētē ꝛ ppter figuram hoc posuit: vt discas qm̄ cognata sūt vetera nouis deīde vt cognoscas qm̄ nō iuit⁹ ad passionē venit: ꝛ adhuc vt discas qm̄ multis hinc nascit salus. AVGV. de baptis. paruulorū. Sicut ergo tunc q ɔspiciebat exaltatū serpētē3 a veneno sanabat. ꝛ a morte liberabat: sic nūc q ɔformat similitudini mortis xpi p fidē baptismūq3 ei⁹ ꝛ a petō p iustificationē ꝛ a morte p resurrectionē liberat: hoc est eni qd ait: vt ois q credit in eū nō pereat s3 hēat vitā eternā. qd ergo opus est vt morti xpi p baptismū ɔformet paruulus si morsu serpētis nō est oīno venenatus. CHRY. Attende aūt q passionē obumbrate posuit: ne ex er⁹ vbis fieret tristis auditor. Fructu3 vō passiōis posuit manifeste. si eni q credūt in crucifixū nō peūt mltomagis q crucifixus ē nō perit. AVG. Hoc āt interest iter figuratā imaginē ꝛ rē ipla3: q illi sanabant a morte ad tpale3 vitā hiaūt vt hēant vitā eternam.

¶ Sic enim deus dilexit mūdū vt filium suum vnigenitū daret vt omnis qui credit i eum nō pereat s3 habeat vitam eternā. Non eni3 misit deus filium suum in mūdum vt iudicet mūdum: sed vt saluetur mūdus per ipsum. Qui credit in eum nō iudicatur. Qui aūt nō credit iam iudicatus ē: q2 nō credit in noie vnigeniti filij dei.

CHRY. Quia dixerat. Pacēꝫ relinquo vobis qꝺ erat recedentis: hoc poterat eos conturbare: ideo dicit. non turbetur cor vestrum neqꝫ formidet: quoniā hoc quidem ex dilectione: illa vero ex formidine patiebātur. AVGV. Dic aūt turbari τ formidare poterat cor illoꝝ ꝙ ibat ab eis: q̄uis venturus ad eos: ne forsitan gregem lupus hoc interuallo inuaderet pastoris absentia. vnde sequitur: Audistis qꝛ ego dixi vobis: Vado τ venio ad vos. Ibat autem per id quod homo erat: τ manebat per id qꝺ deus erat. Cur itaqꝫ turbaretur τ formidaret cor: quando sic deserebat oculos vt non desereret cor. Ut autem intelligerent fm̄ id qꝺ homo erat euꝫ dixisse: Vado τ venio. ad hoc subiecit atqꝫ ait: Si diligeretis me. gauderetis vtiqꝫ: qꝛ vado ad patrem: qꝛ pater maior me est. Per quod ergo filius nō est equalis patri. per hoc erat iturus ad patrem: a quo τ venturus est iudicaturus viuos τ mortuos. Per illud aūt in quo est equalis gignenti: nunq̄ recedit a patre: sed cum illo est vbiqꝫ totus pari diuinitate quā nullus continet locus. Ipse ergo filius dei equalis patri in forma dei: qꝛ semetipsuꝫ exinaniuit: nō formā dei amittens: sꝫ formā serui accipiens: maior est etiā seipso: qꝛ maior est forma dei: que āmissa nō est: q̄ forma serui que accepta est. Hec igitur est forma fm̄ in qua dei filiꝰ minor est nō patre solo sed etiam spiritusancto: fm̄ hāc formam serui puer christus etiam parentibus minor erat: qn̄ paruus maioribus sicut scriptuꝫ est: subditus erat. Agnoscamus igitur geminam substantiam christi: diuinaꝫ. s. qua eq̄lis est patri. τ humanaꝫ qua maior est pater: vtrūqꝫ autem simul: non duo sed vnus est christus: ne sit quaternitas: sꝫ trinitas deus. Ideo ergo dixit. Si dili. me gau. vtiqꝫ: qꝛ va. ad patreꝫ. qꝛ nature humane gratulādū est: eo ꝙ sic assumpta est a vbo vnigenito: vt imortalis cōstitueret̄ in celo: atqꝫ ita fieret terra sublimis: vt īcorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris. Quis non hinc gaudeat qui sic diligit christum. vt suā naturā iā imortalē gratulet̄ in christo: atqꝫ ipsum speret futurum esse per christum. HYLA. ix. de trini. Vel aliter: Si donantis auctoritate pater maior me

est nūquid p̄ boni cōfessionē minor filius est? Maior itaqz donās ē sz minor iā nō ē cui vnum eē donatur. CHRY. Uel aliter: Nondū nouerāt apostoli qd sit resurrectio quā p̄dixerat dicēs: Uado ⁊ venio ad vos: neqz q̄lē oportebat de eo opinionē habebāt: p̄cui vo magnū esse estimabant. Dicit igit̄ eis: Etsi de me formidatis vt nō sufficiēte mihi p̄p̄ si assistere: neqz ꝯfiditis q̄ post crucē rursus vos videbo: tn̄ audiētes q̄m ad patrē vado oportebat letari: ⁊ de reliquo q̄m ad maiorē vado: ⁊ potentē oia versuta dissoluere. Hec āt oia ad ībecillitatē discipulorū dicebant̄. Et iō subdidit: Et nunc dixi vobis priusq̄ꝫ fiat vt cū factū fuerit credatis. AVGV. Quid ē hoc cū magis credere hō debeat anteq̄ꝫ fiat id qō credendū est? Hec est. n. laus fidei si quod credit̄ non videt̄. nā ⁊ ille cui dictū est. Q: vidisti credidisti: aliud vidit: aliud credidit: vidit hoiem credidit deū. Sz si dicit̄ credi que vident̄ sicut dicit vnusquisqz oculis suis se credidisse: non tn̄ ipsa est q̄ in nobis edificat̄ fides: sz ex rebus q̄ vident̄ agitur in nobis vt ea credant̄ que nō vident̄. Illud itaqz dicit. Cū factū fuerit: q̄ eū post mortē visuri erāt viuentē: ⁊ ad patrē ascendentē: quo viso fuerant credituri q̄ ipse esset christus filius dei qui hoc potuit facere ⁊ predicere anteq̄ꝫ faceret. Credituri aūt hoc non fide noua. sz aucta: aut certe cū mortuus esset defecta: cū resurrexisset refecta. HYLA. ix. de trini. Glorie autem resumende meritum, continuo subiecit dicens: Jaz non multa loquar vobiscum. BEDA. Ideo hoc dicebat q̄m iam instabat tempus vt comprehenderetur: ⁊ ad mortē traderetur. Uenit enim p̄nceps mūdi huius. AVGV. Quis nisi diabolus? non āt creaturaꝝ: sz peccatoꝝ p̄nceps ē diabolus. Uñ apostolus cū dixisset aduersus rectores mundi: sequēti verbo exposuit quid dixisset mundi. cū subiungit tenebrarum harum. i. hoīum impiorum. Et in me non habet quicq̄ꝫ. Quia neqz cū peccato deus venerat: nec eius carnē de peccati p̄pagine virgo peperat. Et tanq̄ꝫ ei diceret̄: Cur ergo morieris si non habes peccatum cui debetur mortis suppliciū? continuo subiūgit: Sed vt cog. mūdus q: diligo pa. ⁊ sicut man. de. itubi pater sic facio. Surgite eamus hic. Discumbens enim discumbentibus loquebatur. Eamus aūt dixit ad illum locū: vnde fuerat tradendus ad mortē: qui nullū habebat meritū mortis sed habebat: vt moreret̄ mādatū patris. AVGV. Contra arrianos: Quod autem voluntati ⁊ precepto patris obediens est filius: nec in hominibus demonstrat diuersam imparēq̄ꝫ naturam patris precipientis: ⁊ filij obedientia. huc accedit q̄ christus non tn̄ deus est quia natura equalis est patri. sed etiam homo: qui natura minor est patre. CHRY. Uel hoc qō dicit. Surgite eamus hinc: principium est alterius sententie. cōsequēs. n. erat eos formidare: ⁊ a tempore ⁊ a loco in villa manifeste existentes: etenim nox profunda erat: ⁊ erat cōsequens eos non attendere his que dicebantur: sed semper circūuoluere oculos: ⁊ imaginari eos qui aggressuri eos erant: ⁊ maxime audientes. Adhuc modicum vobiscum sum. Et venit princeps mundi huius. Quia igitur hec ⁊ huiusmodi audiētes turbabantur vt mox capiēdi: ducit eos in locum alium: vt estimantes se in cautela esse cum ocio de reliquo audiāt. magna enim dogmata erant audituri. CAPI. XV.

EGo sū vitis vera: ⁊ pater meꝰ agricola est. Omnez palmitez ī me nō ferentem fructum tollet eū: ⁊ oēm qui fert fructū purgabit eum vt fructum plus afferat. Jam vos mūdi estis propter sermonē quē locutus sum vobis.

HYLA. ix. de tri. Ad consumande corporee passionis sacramentum per dilectionē efficiendi mādati paterni festinat exurgēs. corporee tn̄ assumptiōis stati mysteriū pādēs per quā ei tanq̄ꝫ in vite mō palmitis iesicm adiecit: Ego sū vitis vā. AVGV. Qō sm hoc dicit q̄ est caput ecclesie: nosq̄ꝫ mēbra eiꝰ: hō xp̄s iesus. Uniꝰ q̄ppe nature sunt vitis ⁊ palmites: sz cū dicit: Ego sum vitis vā nunqd vt adderet v̄a: ad eā vitē rettulit vñ ista similitudo trāslata ē? Sic aūt dr̄ vitis p̄ similitudinē nō per p̄prietatē: sicut agnus ouis: ⁊c. huiusmodi: vt magis ipsa sint v̄a ex q̄bus dicunt̄ iste similitudīes: Sz dicēdo Ego sum vitis v̄a: ab illa se discernit cui dicit̄: Quō conuersa es in amaritudinem vitis aliena? Nam quo pacto est vitis vera que expectata est vt faceret vuam: fecit autem spinas? HYLA. nono de trini. Sed a corporee huiꝰ huilitatis assumptionē formā paterne maiestatis alienans agricolā patrez curiosum huius vitis ostendit dicens. Et pater meus agricola est. AVGV. Colimus enim deum: ⁊ colit nos deus. Sed sic deum colimus vt non meliorem eū faciamus: coluiꝰ eni eū adorādo non arando. Ille autē iste nos colit. meliores nos reddit. Cultura ipsius est in nos: q̄ non cessat v̄bo suo extirpare mala semina de cordibꝰ nostris: aperire cor nostrū tanq̄ꝫ aratro sermonis: plantare semina preceptorum: expectare fructū pietatis. CHRY. Et quia christꝰ sibi sufficit: discipuli vero multo indigent agricole auxilio: p̄pterea de vite nihil dicit sed de palmitibus cū subdit. Omnez pal. in me non feren. fru. tollet eū. Fructū autē hic vitā occulte īsinuat ostēdēs q̄ sine operibus nō potest aliquis esse in eo. HYLA. ix. de trini. Inutiles aūt ⁊ inueraces palmites desecans depu tabit arsuros. CHRY. Et quia etiam qui valde virtuosi sunt: indigent agricole opere: adiungit. Et oēm qui fert fructum purgabit euz vt fructū plus afferat. Hoc dixit p̄pter tribulationes eorum que tūc iducebant̄: ostēdens q̄ tentationes fortiores eos faciebāt sicut ⁊ purgare: hoc est circumcidere palmitem cum magis germinare facit. AVGV. Quis aūt ē in hac vita sic mūdus: vt nō sit magis magisq̄ꝫ mūdandus? Ubi si dixerimꝰ q: peccatū nō habemꝰ nosmet ipsos seducimꝰ. Mūdat itaq̄ꝫ mūdos. i. fructuosos: vt tāto sint fructuosiores quāto sunt mundiores. Scdm hoc ergo vitis est christus qō ait. Pater maior me est. Sm illud autē qō ait: Ego ⁊ pater vnū sumꝰ ⁊ ipse agricola est. Nec talis q̄les sunt qui extrinsecus op̄ando exhibēt ministeriū: sed talis vt det etiā intrinsecus incrementum. vnde cōtinuo etiā seipsum mundatorē palmitū ostēdit dicens. Jam vos mundi estis p̄pter sermonem quē locu. sum vo. Ecce ipse mundator est palmitū: qō est agricole nō vitis officiuz. Sed q̄re non ait: Mundi estis propter baptismū quo abluti estis: nisi quia ⁊ in aqua verbuz mundat? Detrahe verbuz: ⁊ qd est aqua nisi aqua? Accedit verbuz ad elemētum ⁊ fit sacramentuz: vnde ista tanta v̄tus aque vt corpus tangat ⁊ cor abluat: nisi faciēte v̄bo: non q: dicit̄: sed q: creditur? Nam in ipso v̄bo aliud est sonus transiens: aliud virtus manēs. Hoc v̄buz fidei tantū valet in ecclesia dei: vt per ipsum credentē: offerentē: benedicentē: tingentē mūdet infantez q̄uis credere nō valentē. CHRY. Uel dicit: Mūdi estis: propter sermonē quē locutus sum vobis. i. interim lumen doctrine iam suscepistis ⁊ a iudaico errore eruti estis.

¶ Manete in me, ⁊ ego in vobis. Sicut palmes nō potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Ego suz vitis: vos palmites. Qui manet ī me ⁊ ego in eo: hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittet̄ foras sicut palmes ⁊ arescet: et colligent eum et in ignez mittent et ardet. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint: quodcūqz volueritis petetis et fiet vobis.

CHRY. Quia iā mundos eos dixerat pp̄ sermonē quē locutus fuerat eis docet q̄ oꝫ de reliquo suscipere ea que ab eis sūt ⁊ ideo dicit: Manete in me ⁊ ego i vob. AVGV. Nō eo mō illi in ipso sicut ipse in illis: vtrūqꝫ .n. pdest non ipsi ſꝫ illis. Ita sunt q̄ppe in vite palmites: vt viti nō conferant. ſꝫ inde accipiāt vñ viuant. Ita v̄o vitis ē in palmitib⁹ vt vitale alimentū subministret eis nō sumerabeis ac per hoc vt manentē in se haberēt xp̄m: ⁊ manerēt in xp̄o. discipulis prodest vtrūqꝫ nō xp̄o. vñ subdit. Sicut palmes nō pōt ferre fructū a semetipso: nisi māserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Magna gratie commendatio. corda instruit humiliū: ora obstruit supboꝝ. Nōne huic resistūt veritati: ad bona opa facienda deū sibi necessariū non putantes: nō assertores ſꝫ p̄cipitatores liberi arbitrij. Qui .n. a semetipso se fructū estimat ferre: in vite nō est. Qui ī vite nō est: in xp̄o non est. q in xp̄o ñ est: xp̄ianus ñ est. ALCVI. Oīs .n. fruct⁹ boni opis ab illa radice pcedit: q nos sua gr̄a liberauit: ⁊ suo auxilio pducit vt fructū plus afferre valeamus. vñ cū repetitione ⁊ supioꝝ explanatione subdit: Ego sum vitis ⁊ vos palmites: Qui ma. in me. credendo obediēdo pseuerando. Et ego in eo. illuminando subueniendo: pseuerantiā donando: Hic ⁊ non alius fert fructū multuꝫ. AVGV. Sed ne q̄sq̄ putaret saltē paruū aliquē fructum posse a semetipso palmitē ferre subdit: Quia sine me nl po. fa. nō ait paꝝ potestis facere q2 nisi palmes i vite māserit ⁊ vixerit de radice quantūlibet fructū a semetipso nō pōt ferre. Quāuis āt xp̄s vitis non esset nisi hō esset: tñ istā grāꝫ palmitibus nō p̄beret: nisi ēt deus eēt. CHRY. Uide ergo filiū nō minus patre pferentē ad discipuloꝝ procurationē. Nā pater q̄dem purgat: ipse vero in se tenet: quod facit palmites fructificare. Sꝫ tamen ⁊ purgare filij monstratum est esse ⁊ manere in radice est patris: qui radicem genuit. Igitur magnū q̄dē damnū est nihil posse facere. verum non vsqꝫ ad hoc sistit: sed vlterius producit sermonē dicens. Siquis in me nō manserit: mittetur foras sicut palmes. i. agricole non potietur manu. Et arescet. Hoc est: Si quid habebat a radice amittet. denudatus eius auxilio ⁊ vita. Et colligent euꝫ. ALCVI. Messores angeli ⁊ i ignē eternū. s. mittent: ⁊ ardet. AVGV. Ligna .n. vitis tanto sunt contemptibiliora si in vite non manserint: quanto gloriosiora si manserint vnum ex duobus palmiti cōgruit aut vitis: aut ignis: si in vite non est: in igne erit. CHRY. Deinde ostendens quid est manere in eo subdit: Si manseritis in me ⁊ ver. mea ī vo. man. quodcūqꝫ volue. pe. ⁊ fiet vobis. Eaꝫ enī que p opa ostēsionē q̄rit. AVGV. Tūc enī sunt dicenda verba eius in nobis manere: quādo facimus que precepit ⁊ diligimus que promisit. Quando autē verba eius manent in memoria nec inueniuntur in vita: nō cōputat̄ palmes in vite. quia vitā nō atrahit ex radice. Quid autē velle possint manendo in saluatore: nisi q̄ nō alienum est a salute: Aliud quippe volumus q2 sumus in christo: ⁊ aliud volumus q2 sumus adhuc in hoc seculo. De mansione autem huius seculi nobis aliquando subrepit. vt hoc petamus quod nobis non expedire nescimus. Sed absit vt faciat nobis si maneamus in christo qui non facit q̄ñ petimus: nisi quod expedit nobis. Ad verba autem eius ptinet oratio. Pater noster: ab huius orationis verbis ⁊ sensibus non recedamus in petitionibus nostris ⁊ quicquid petimus fiet nobis.

¶ In hoc clarificatus est pater meus vt fructuꝫ plurimū afferatis. ⁊ efficiamini mei discipuli. Sicͤ dilexit me p̄r: ⁊ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis: manebitis in dilectiōe mea: sicut ⁊ ego p̄ris mei p̄cepta seruaui ⁊ maneo in eius dilectione. Hec locutus sum vobis: vt gaudium meuꝫ in vobis sit ⁊ gaudium vestrum impleatur.

CHRY. Ostendit supra dñs q̄ñ qui eis insidiabant ardebunt. nō manētes in xp̄o. deinde ostēdens q̄ñ ipsi inexpugnabiles erūt ita. s. vt multū fructificēt ait. In hoc clari. est pa. me⁹ vt plu. fru. affe. q. d. Si ad glīāꝫ p̄ris ptīet q̄ vos fructificetis: nō cōtēnet gloriā sui. q aūt fructū facit ille est discipulus xp̄i. vñ subdit. Et effi. mei disci. THEOPHI. Fruct⁹ aūt apostoloꝝ sunt gētes que p eoꝝ doctrinā astricte sunt fidei. nec nō ad dei redacte sunt gloriā. AVGV. Siue eni clarificat⁹ siue glorificat⁹ dicat̄: ex vno v̄bo greco vtrūqꝫ trāslatū est. Doxa ergo grece dr̄ latine gloria est qd iō cōmemorandū putaui ne hoc nostre glorie tribuam⁹ tāqꝫ ex nobisipsis habeam⁹. ei⁹ eīt eni hec gratia: ⁊ iō in hoc nō nostra ſꝫ eius e gloria. A quo eni faciem⁹ fructū: nisi ab illo cui⁹ misericordia puenit nos: vñ subdit̄. Sicut dile. me pa. ⁊ ego dile. vos. Ecce vñ sunt nobis opa bona. nā vñ nobis eēnt: nisi q2 fides p dilectionē opat̄: vñ aūt diligerem⁹ nisi prius diligeremur: Hō autē ait. Sicut dilexit me pa. ⁊ ego dile. vos. nō equalitatē nature ostēdit nostre ⁊ sue: sicut ē patris ⁊ ipsius sed grām qua mediator est dei ⁊ hominum homo xp̄s iesus Mediator q̄ppe monstrat̄ cū dicit: Pater dile. me ⁊ ego di. vos. Nā pater vtiqꝫ diligit ⁊ nos ſꝫ in ipso.

CHRY Si igit pater amat nos cōfidite si p̄ris ē gloria: fructificate. Deide vt nō pigros eos faciat subdit: Mane. in dile. mea. Qualr̄ aūt hoc erit ostendit subdēs Si prece. mea seruaue. ma. in dile. mea. AVG. Quis ābigat q̄ dilectio pcedat obseruātiā p̄ceptoꝝ. vñ eni p̄cepta seruet non hꝫ: q nō diligit q̄ ergo hic ait: ostēdit nō vñ dilectio generetur: ſꝫ vñ monstret̄. vt nemo se fallat dicēdo q̄ eū diligat si ei⁹ p̄cepta nō fuat: q̄uis q̄ dicit manete in dile. mea. nō apparet quā dixerit dilectionē: vtrū qua eū diligim⁹: an q̄ ipse nos diligit: ſꝫ ex v̄bo supiore dinoscit̄. Dixerat q̄ppe. Ego dilexi vos ⁊ cōtinuo subiecit. Manete in dilec. mea. Illa ergo q̄ dilexit eos. Quid est ergo: Manete in dilectiōe mea. nisi manete in gratia mea: Et qd est: Si precepta mea seruaueritis manebitis in dile. mea: nisi ex hoc scietis q̄ in dilectione mea qua vos diligo manetis: si mea precepta fuatis: Non ergo vt nos diligat: prius precepta eius seruamus sed nisi nos diligat: precepta ei⁹ seruare nō possum⁹. hec est gratia que humilib⁹ patet supbos latet. Sed quid illud est qd adiungit: Sicut ⁊ ego p̄cepta pa. mei seruaui: ⁊ ma. in ei⁹ dile. vtiqꝫ eam hic dilectionē patris intelligi voluit: qua eū diligit pater. Sed nunqd ⁊ hec gratia intelligenda est: qua pater diligit filiū. sicut gr̄a est q̄ nos diligit filius cū simus nos filij gr̄a non nā. vnigenitus autem nā. non gr̄a. An hoc ēt in ipso filio ad hoiem referendū est: Ita sane. nā dicēdo. Sicut dilexit me pa. ⁊ ego dile. vos: gratiā mediatoris ostēdit: mediator autem dei ⁊ hoium. nō in q̄tum deus: sed in q̄tum hō est xp̄s. Igit̄ hoc recte possumus dicere: q̄ cum ad naturam dei non pertineat humana natura: ad personam tamen filij dei per gratiā pertinet: qua nulla est maior: nulla prorsus equalis. Neqꝫ enim illam susceptionem vlla hominis merita precesserunt: sed ab illa susceptione merita eius cūcta ceperūt. ALCVI. Que aūt p̄cepta dixerit exponit apostolus dicens: Christus fact⁹ est obediens patri vsqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis. CHRYSO. Deinde q2 futura passio ⁊ tristia verba interruptura erant eorum leticiam. subiungit: Hec locu. sum. vo. vt gau. meuꝫ in vo. sit: ⁊ gaudium ve. impleat̄. q. d. Et si incidat tristicia: hanc auferam: vt ad finem veniat gaudiū. AVGV. Qd est āt gaudium christi in nobis: nisi q̄ dignat̄ gaudere de nobis: Et qd est gaudiū nostrū qd dicit implendum nisi eius habere cōsortiū: Gaudiū autem iam ipse perfectuꝫ de nobis habebat: quādo nos p̄sciendo ⁊ p̄destinando gaudebat. ſꝫ illud

gaudiū in nobis nō erat.q: nec nos in qbus esse posset eramus.cepit āt esse in nobis qui vocauit nos. Et hoc gaudiū nostrū merito dicimus quo nos beati futuri sumus: qd inchoat in fide renascentiū: iplebit āt in premio resurgētiū.

¶ Hoc est p̄ceptū meū vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Maiorē hac dilectionē nemo hȝ q̄ȝ vt aiam suā ponat qs pro amicis suis. Uos amici mei estis si feceritis q̄ ego p̄cipio vobis. Jā non dicā vos seruos: q: seruus nescit qd faciat dn̄s eius. Uos aūt dixi amicos: q: oia quecūqȝ audiui a patre meo nota feci vobis. Nō vos me elegistis: sed ego elegi vos: ⁊ posui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis: ⁊ fructus vester maneat: vt qd̄cūqȝ petieritis patrē in nomine meo det vobis.

THEOPHI. Quia p̄dixerat: q̄ si mandata mea custodieritis: tunc in me p̄manebitis: hic ostēdit que mandata obseruare oporteat dicens: Hoc est preceptum meū vt diligatis inuicē. GREGO. in ho. Cū ī cuncta sacra eloqa dn̄icis sint plena p̄ceptis qd ē quod de dilectione quasi de speciali mandato hic dicit nisi q: omne mandatum de sola dilectione est. ⁊ oīa precepta vnum sunt. q: quicquid p̄cipitur i sola charitate solidatur: vt. n. multi arboris rami ex vna radice prodeunt. sic multe virtutes ex vna charitate generātur. Nec hȝ aliquid viriditatis ramus boni operis: si nō manet in radice charitatis. AVGV. Ubi ergo charitas est: quid est quod possit deesse? Ubi āt non est qd est quod possit prodesse? Discernitur āt ista dilectio ab ea q̄ se inuicē diligunt hoies sicut hoies. vnde adiunctū ē: Sicut dilexi vos. Ut qd. n. nos dilexit xp̄s nisi vt possimus regnare cum xp̄o? Ad hoc ergo ⁊ nos inuicē diligamus: vt dilectionē nostraȝ discernamus a ceteris: q nō ad hoc se inuicē diligunt vt deus diligatur: q: nec vere diligunt. Qui aūt se p̄p habendū deum diligunt. ipsi se diligunt. GREGO. Una āt ⁊ sūma est probatio charitatis: si ⁊ ipse diligat̄ qui aduersat̄. nā ⁊ ipsa veritas ⁊ crucis patibulū sustinet: ⁊ tn̄ ipsis suis p̄secutoribus affectū dilectionis impendit dicens: Pater ignosce il. q: nesciunt qd fa. cuius dilectiōis sūmā exprimit cū subiūgit Maio. hac dilecti. ne ha. q̄ȝ vt ani. suā po. quis pro amicis suis. Mori pro inimicis dn̄s venerat: ⁊ tn̄ positurū se animam pro amicis dicebat: vt nobis ostenderet q: cum diligendo lucrū facere de inimicis possimus: etiā ipsi amici sunt q p̄sequunt̄. AVGV. Quia ergo superius dixerat: Hoc ē p̄ceptū meū vt diligatis īuicē sicut dilexi vos fit ex hoc cōseqnēs qd idē ioānes in epistola sua dic: vt q̄ēadmodū xp̄s p̄ nobis aīaȝ suā posuit sic ⁊ nos debemus aīas p̄ frīb⁹ ponere. Hoc martyres ardēti dilectione fecerūt. id ad mēsaȝ xp̄i nō sic eos cōmemoram⁹ q̄ēadmodū alios: vt ēt p̄ eis orem⁹ ȝ magis vt eoȝ vestigiis hereamus. Talia eni suis frīb⁹ exhibuerūt q̄lia de dn̄i mēsa pariter acceperūt. GREGO. Qui vo tranqllitatis tp̄e non dat p̄ deo tunicā suā. q̄liter in p̄secutiōe datur⁹ est aīaȝ suā? Uirt⁹ ḡ charitatis vt inuicta sit in p̄turbatiōe. nutriat̄ p̄ misericordiā in trāqllitate. AVGV. viii. de tri. Ex vna aūt eademqȝ charitate deū p̄ximūqȝ diligim⁹: ȝ deū p̄p deū nos aūt ⁊ p̄ximū p̄p deū. Cū ergo duo sint p̄cepta charitatis in qb⁹ tota lex pēdet ⁊ p̄phete dilectio dei ⁊ p̄ximi nō inmerito plerūqȝ scriptura p̄ vtroqȝ vnū ponit: q: q diligit deū cōsequens est vt faciat q̄ p̄cepit de⁹. cōseqnens ergo est vt proximū diligat q: ⁊ hoc p̄cepit de⁹: vn̄ ⁊ hic seqtur: Uos amici mei estis si feceritis q̄ p̄cipio vo. GREGO. xxvii. mor. Amicus q̄ppe quasi aīe custos dicit̄. vn̄ nō imerito qui voluntatē dei custodire in p̄ceptis illius dicit̄: eius amicus vocat̄. AVGV. Magna dignatio cū fuus bon⁹ eē nō possit. si p̄cepta dn̄i sui nō fecerit: hinc amicos suos voluit itelligi: vn̄ boni fui p̄nt p̄bari. Pōt igit̄ eē ⁊ fuus ⁊ amicus qui fuus ē bon⁹. Quo āt itellecturi sim⁹ ⁊ fuū ⁊ amicū eē: fuū bonū declarat cū subdit: Jā nō dicā vos fuos q: ser. ne. qd fa. do. ei⁹. Jtaqȝ tūc fui nō erim⁹. qū boni fui fuerim⁹. Nūqd fuo bono ⁊ p̄bato dn̄s ei⁹ non ēt sua secreta cōmittit? Sed sicut sunt duo timores: sic sūt due fuitutes. Est timor quē p̄fecta charitas mittit forasin quo ēt ē fuitus similiter foras cū ipso timore mittēda. Et ē ali⁹ timor cast⁹: p̄manens in seculū seculi. Ad p̄mā ergo fuitutē fuos p̄tinētes intuebatur dn̄s dicēs. Jā nō dicā vos ser. q: ser. nescit qd fa. do. ei⁹. Nō ille vtiqȝ seru⁹ ad timorē p̄tinēs castū cui dr̄: Euge serue bone: itra in gaudiū dn̄i tui. ȝ ille seru⁹ p̄tinēs ad timorē foras a charitate mittēdū: de quo alibi dr̄. Seru⁹ nō manet in domo in eternū: fili⁹ aūt manet in eternū. Qui itaqȝ dedit nobis p̄tātē filios dei fieri: vt mira mō fui nō fui eē possim⁹: hoc dn̄m facere scim⁹: hoc fuus ille nescit q nescit qd faciat dn̄s ei⁹. ⁊ cū aliqd boni facit: sic extollit̄ q̄si hoc ipse faciat ⁊ nō dn̄s ei⁹. ⁊ in se ⁊ nō in dn̄o gloriat̄: Seqt̄: Uos āt dixi amicos q: omnia quecūqȝ audiui a pa. meo nota feci vo.

THEOPHI. q. d. Seru⁹ nō nouit cōsilia sui dn̄i. vos āt cū amicos reputē secreta mea vobis cōicaui. AVGV. Quo āt pacto itellecturi sim⁹. oīa eni nota fecisse discipulis q̄cūqȝ audiuit a p̄re: cū p̄pterea multa nō dicat eis: qa scit eos modo portare non posse. Sed oīa se nota fecisse discipulis dicit: q̄ se nouit nota eē facturū in illa plenitudine de qua dicit apostol⁹: Tūc cognoscā sicut ⁊ cognit⁹ sum. sicut eni imortalitatē carnis ⁊ salutē aīarū futuraȝ expectamus ita oēm noticiā q̄cūqȝ vnigenit⁹ audiuit a p̄re futurā expectare debem⁹. GREGO. Uel oia q̄ audiuit a p̄re q̄ nota fieri voluit fuis suis. sunt gaudia interne charitatis ⁊ festa supne p̄rie: q̄ n̄ris quottidie mētibus p̄ aspirationē sui amoris ip̄rimit: dū eni audita supna celestia amam⁹ amata iā nouim⁹: q: amor ipsa noticia est. Oīa ergo nota eis fecerat q: a terrenis desideriis imutati. amoris summi facibus ardebāt. CHRY. Uel oia dicit q̄cūqȝ eos audire oportebat. Per hoc aūt q̄ dicat se audisse. oñdit q̄ nihil alienum loqtur: sed que p̄ris. GREGO. Sed qsqs ad hāc peruenit dignitatē vt amic⁹ dei vocet̄: dona quę percipit sup se: nō suis meritis tribuat. vn̄ subdit̄: Nō vos me elegistis. ȝ ego elegi vos. AVGV. Hec est ieffabilis grā: qd eni eramus qū xp̄m nondū elegeram⁹: nisi iniq ⁊ p̄diti. Neqȝ enīȝ crediderām⁹ in cū vt eligeret nos. nā si credētes elegit elegētes elegit. hic certe vana illoȝ rō q iō nos dn̄t electos añ mundi constitutionem. q: p̄sciuit nos deus futuros bonos non seipsum nos facturū bonos q̄ si propterea nos elegisset quia bonos futuros eē p̄sciuerat. simul ēt p̄sciuisset q̄ eū nos fuissemus prius electuri. nō eni aliter possumus eē boni nisi forte dicendus est bonus qui non elegit bonum. Quid ergo elegit in non bonis? Non est vt dicas. Jdeo electus sum: q: iam credebā. Si eni credebas in eum iam elegeras eum. Nec est vt dicas: Anteqȝ crederē iam bona operabar: ideo electus sum. Quid enim est boni operis ante fidem? Quid ergo dicturi sum⁹ nisi quia mali eramus: ⁊ electi sum⁹: vt boni per gratiaȝ nos eligētis essem⁹. AVGV. de predestinatiōe sanctoȝ. Electi sunt itaqȝ ante mūdi cōstitutionē ea predestinatiōe in qua de⁹ sua futura facta prescuit: electi aūt de mūdo ea vocatione qua de⁹ id quod predestinauit impleuit. quos eni predestinauit hos ⁊ vocauit.

AVGV. sup Joannē Et videte q̄ēadmodū non eligat bonos. ȝ quos elegit faciat bonos. nā seqtur. Et posui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis. Jste est fruct⁹ de quo iam dixerat: Sine me nihil potestatis facere ipse est via in qua nos posuit vt eam⁹. GREGO. in ho. Posui ergo vos. s. ad gratiam plātaui. Ut eatis q: velle iā mēte ire est. Et fructum afferatis opando. Qualē vo fructū afferre debeāt Et fru-

ct⁹ vester maneat. oẽ enĩ q̄ƀ in p̄sẽs seculũ laboramus: vix vsq3 ad mortẽ sufficit: mors nãq3 iteruenīes fructũ nr̄i laboris abscidit. q̄ vo p eterna vita agit̄ etiã post mortẽ seruat̄: ⁊ tunc apparere icipit: cũ laborũ carnaliũ fruct⁹ ceperit nõ videri. Tales ergo fruct⁹ operemur q manẽāt q cũ mors cũcta iterminat: ipi exordiũ a morte sumant. AVG. Dilectio ergo est fructus noster: que nũc est in desiderio nondũ in saturitate. Et ipso desiderio quodcũq3 petierim⁹ in noĩe vnigeniti filij dat nob̄ pater. vñ sequit̄: Et quodcunq3 petieritis patrem in nomine meo det vobis. Hoc petimus in nomine saluatoris quod pertinet ad rationem salutis.

¶ Hec mando vobis vt diligatis inuicē. Si mũdus vos odit scitote q2 me priorẽ vobis odio habuit. Si de mũdo fuissetis: mũdus qḋ suũ 3 erat diligeret. Quia vero de mũdo nõ estis: sed ego elegi vos de mũdo: propterea odit vos mũdus. Mementote sermonis mei que3 ego dixi vobis. Nõ est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: ⁊ vos persequentur. Si sermõe3 meũ seruauerunt: ⁊ vestrũ seruabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meũ: quia nesciunt eum qui misit me.

AVGV. Dixerat dñs: Posui vos vt eatis ⁊ fructũ afferatis. Charitas aũt fruct⁹ noster est: de hoc itaq3 fructu mãdans nobis dic̄: Hec mãdo vobis vt diligatis inuicē. Uñ ⁊ aplũs. Fructus inquit spirit⁹ charitas: ac deinde cetera tanq̃3 ex isto capite exorto ⁊ religata contexuit. Merito itaq3 sic dilectionẽ sepe cõmẽdat: tanq̃3 sola precipiẽda sit sine q̃ nõ possunt prodesse cetera bona: ⁊ que nõ põt haberi sine ceteris bonis quib⁹ homo efficit̄ bonus. CHRY. Uel aliter continua. Dixi q̃n aia3 meã p vob̄ s pano. ⁊ q2 primũ vos elegi: Hec aũt oĩa nõ exprobrãs dixi sed ad dilectionẽ vos inducẽs vt diligatis inuicē: deinde q2 persecutionẽ pati: ⁊ a multis exprobrari difficile erat: ostẽdit 9nter q̄ nõ dolere: s3 letari oportet. vñ seq̄: Si mundus vos odit: scitote: q2 me priorẽ vobis odio habuit. q.d. Scio hoc eẽ durũ: s3 propter me patiemini. AVGV. Cur enĩ se mẽbra supra vertice3 extollũt: recusãs eẽ in corpe: si nõ vis mũdi odiũ3 sustinere cũ capite. Pro dilectiõe aũt patienter debem⁹ etiã mundi odium sustinere: necesse est enĩ vt nos oderit: quos cernit nolle qḋ diligit: vñ seq̄: Si de mũdo fuissetis mũdus qḋ suũ3 erat diligeret. CHRY. Quia n. ppter xp̄m pati nõdũ erat eis sufficiẽs mitigationis causa: illa cã dimissa hãc adiecit ostẽdẽs q̄ hoc est virtutis argumẽtũ: a mũdo odio haberi. vnde dolere oporteret: si a mũdo diligeremini. hoc. n. est malitie vestre ostẽsiuũ. AVGV. Uniuerse aũt hoc dicit ecclesie: quã plurimũ mũdi noĩe appellat: sicut est illud: Deus erat in xp̄o mũdu3 recõcilians sibi. Totus ergo mundus ecclesia est ⁊ totus mũdus odit ecclesiã. Mũdus igit̄ odit mũdu3: inimicus recõciliatũ: inquinatus mundatum. Queri ergo põt si etiã mali faciũt persecutione3 malis: sicut impij reges ⁊ iudices: cũ eẽnt persecutores pioꝝ: vtiq3 ⁊ homicidas ⁊ adulteros puniebant: q̃uõ intelligẽdũ est quod dñs ait. Si de mundo essetis mundus quod suu3 est diligeret: nisi q2 mũdus est in eis a qb⁹ talia scelera puniuntur. ⁊ mũdus est in eis a qb⁹ diligũtur. Mũdus er q odit qḋ suũ est: ex ea parte hoĩ3 q̃ sceleratis nocet ⁊ diligit qḋ suu3 est: ex ea parte q̃ ipsis fauet. Si etiã querat̄: quõ se diligat mundus qui odit modum redemptionis: Diligit vtiq3 falsa dilectione nõ vera: q̃ñ qḋ ei nocet hoc diligit. odit naturã: diligit vitium: vnde ⁊ nos prohibemur diligere in illo quod ipse diligit: ⁊ iubemur diligere qḋ ipse odit in seipso. Uitium q̄ppe in illo diligere prohibemur: iubemurq3 naturam. Ut autem de hoc mundo damnato non essent electi sunt inde nõ meritis suis quorum nulla bona precesserant opera: non natura que tota fuerat in ipsa radice vitiato: sed gratia. vnde sequitur: Quia vero de mũdo nõ estis sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. GREGO. sup ezechielẽ in homelia nona. Nom peruersorum derogatio vite nostre approbatio est: quia iam ostenditur nos aliquid iustitie habere si illis displicere icipim⁹ qui nõ placet deo. Nemo enim potest in vna eademq3 re omnipotenti domino atq3 ei⁹ hostibus gratus existere. Nã se deo amicũ denegat: qui ei⁹ placet inimico ⁊ inimicis veritatis aduersobitur q eidẽ veritati in mẽte subiugabit̄. AVGV. Exortãs aũt dñs suos seruos ad mũdi odia pferẽda patiẽter: nullũ eis mai⁹ ⁊ melius q̃3 de seipso pponit exẽplũ. vñ seq̄tur. Mementote sermonis mei quẽ ego dixi vob̄: Nõ ẽ seru⁹ maior dñõ suo. Si me psecuti sunt ⁊ vos psequent̄. si sermonẽ meũ seruauerũt: ⁊ vrm seruabũt. GLO. Jde obseruauerũt vt calũniarentur: iuxta illũ. Obseruabit peccator iustũ. THEOPHI. Uel aliter. Si dñm ingt psecuti sũt. vos ẽt suos multomagis. Si nõ psecuti fuissent: s3 sermonẽ custodiuissent. vrm etiã custodirẽt. CHRY. q.d. Non vos turbari oportet si cõmunicabitis meis passiõib⁹. q2 vos ñ estis potiores. AVGV. Dic aũt vbi dr̄. Nõ est seruus maior dño illũ significat seruũ ptinẽtem ad timorẽ castũ q pmanet in seculu3 seculi. CHRY. Deide ⁊ aliã mitigationẽ ponit. q̃ñ ⁊ pater cũ eis 9tumeliã patitur cũ iniuriant̄. vñ sequit̄: Sed hec oĩa facient vobis ppter nomen meu3. AVGV. Que oĩa nisi q̃ dixit odio habebũt ⁊ psequẽtur sermonẽq3 cõtẽnẽt: Quid ẽ aũt aliud dr̄e: Propter nomẽ meũ: q̃3 me i vobis odio habebũt: me in vobis psequẽtur: ⁊ sermonẽ vestꝝ q2 me⁹ ẽ: iõ nõ seruabũt. Tãto igit̄ miseriores q ppter hoc nomẽ ista faciũt quanto beatiores q ppter hoc nomẽ ista patiunt̄. Faciũt aũt ⁊ ista non soli mali sed vtriq3 miseri. ⁊ q faciũt. ⁊ q patiunt̄. Quõ ẽt hoc erit vez: Hec oĩa facient vo. propter nomẽ meũ cũ illi nõ ppter nomẽ christi faciãt: hoc ẽ ppter iusticiã. sed ppter iniq̃tatem suã: Hec q̃stio ita soluit̄. Si totu3 referat̄ ad iustos tãq3 dcm̃ sit: Hec oĩa patiemini ab eis propter nomen meũ. Si aũt Propter nomẽ meũ sic accipitur. idest qḋ in vobis oderunt ⁊ propter iusticiã qua3 in vobis oderũt. Similiter recte dici possunt ⁊ boni: cũ persecutionẽ faciũt malis. ⁊ ppter iusticiam facere quã diligendo psequuntur malos: ⁊ ppter iniq̃tatẽ quã oderunt in ipsis malis. Et autem addidit: Quia nesciunt eum q misit me: sm eam scientiam dictum est: q̃ dicit̄ scire te: sensus est consummatus.

¶ Si nõ venissem ⁊ locutus fuissem eis: peccatum nõ haberent. Nunc autem excusatiõem nõ habent de peccato suo. Qui me odit: ⁊ patrem meum odit. Si opera nõ fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum nõ haberent. Nunc aũt et viderunt et oderunt et me et patrẽ meũ. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorũ scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis.

CHRY. Ponit iteꝝ dñs aliã discipuloꝝ mitigationẽ: ostẽdens q̃ñ iniuste ⁊ in ipsu3 ⁊ in discipulos talia operabunt̄. vñ dicit: Si nõ venis. ⁊ locutus eis nõ fuissem: peccatũ non haberẽt. AVGV. Judeis locut⁹ ẽ xp̄s nõ alijs gẽtibus. In eis ergo voluit intelligi mũdũ q odit xp̄3 ⁊ discip̄los ei⁹: imo vero nõ in eis solis: s3 nos quoq3 ad eundẽ mundũ ptinere mõstrauit. Nũqd ergo sine peccato erant iudei: qbus xp̄s locutus ẽ: antequ3 xp̄s in carne venisset: Sed magnum quoddã peccatũ nõ oẽ peccatũ sub generali noĩe vult intelligi. Hoc est enĩ petm̃: quo tenent̄ cũcta peccata: quod vnusquisq3 si nõ habeat. dimittunt̄ ei cuncta pctã. Hoc aũt ẽ: q2 non crediderũt in christũ: q ppterea venit vt credat̄ in eũ.

mm

Hoc ergo peccatum si nō venisset non vtiqꝫ haberent. Aduent⁹ eni eius quātū credētib⁹ salutaris tm̄ nō credētibus exitialis factus est. Seqꝛ. Nūc aūt excusationē non habēt de peccato suo. Si aūt hi ad quos nō venit christus. nec locut⁹ est eis excusationē nō habēt de peccato suo cur hic dictū est ppterea istos nō habere. qꝛ venit ⁊ locut⁹ est eis Si autē habēt vtrū ad hoc habet vt a penis alienēt. aut vt minus puniant. Ad hec inqsita respondeo eos habere excusationē. nō de omni peccato suo sed de hoc peccato suo. ꝙ in christū nō crediderūt. Sed nō in eo sūt numero ad quos p discipulos venit. nō sunt eni in pena leniori ponēdi qui oino legē christi accipere noluerūt: ⁊ eā quātum ad ipsos attinet omnino nullam esse voluerunt. Hanc etiā excusationē possūt habere qui priusqꝫ euāgeliū christi audirent: vite h⁹ fine preuenti sūt: sꝫ nō ideo possūt effugere dānationē. Quicūqꝫ eni homines nisi in eo saluatore saluētur q venit querere qđ perierat: ad pditionē sine dubio pertinebūt quāuis ci possit alios leniores. alios grauiores penas passuros. Il eni perire deo dicit qui ab illa beatitudine: quā dat sanctis suis per suppliciū separat. Tanta est diuersitas autem suppliciorum: quanta est diuersitas peccatorū: que quomō se habeat altius iudicat sapiētia diuina: qꝫ cōiectura scrutatur aut effatur humana. CHRY. Quia vero hi eciā de causabantur: quoniā propter patrē eū persequebant: destruēs eorum excusationem dicit: Qui me odit ⁊ patrē meū odit. ALCVI. Sicut. n. qui diligit filiū diligit ⁊ patrē qa vna est dilectio patris ⁊ filij sicut vna natura: ita ⁊ qui odit filiū odit patrē. AVGV. Sed cū superius dixerit: Nesciūt eū qui me misit: quomodo possint odisse quem nesciunt? Si eni deū non qđ est ipse sed nescio quid aliud eū suspicant aut credūt nō vtiqꝫ ipsū sꝫ oderūt: ⁊ de hoibus quidem fieri pōt vt eos sepe quos nūqꝫ vidim⁹ oderim⁹ vel diligam⁹: fama de aliquo sermocinante; vel bene vel male. Sꝫ quō de quo natura nobis intimat dicēdus est ignot⁹? Nō eni eius facie corporali nobis intimat: sed tunc nobis ad cognitionē patꝫ quādo eius mores ⁊ vita nō latēt aliqn nec seipm nosse qs sꝫ pōt q videre faciē suā nō pōt. Sꝫ pleruqꝫ in eis nra credulitas fallitur: qꝛ nōnūqꝫ ⁊ historia. ⁊ multo magis fama mentit. Pertinet aūt ad nos: vt qꝛ nō possum⁹ hominuꝫ indagare ꝯsciāꝫ de ipis reb⁹ habeam⁹ verā certamqꝫ sniam. Quādo ergo nō errat in reb⁹ vt recta sit iprobatio vitioꝝ virtutūqꝫ approbatio si errat in hoib⁹: venialis ē humana tētatio proinde sicut fieri potest vt homo bonus hoiem bonū oderit nesciēs nō ipsuꝫ sed qđ putat eē ipsuꝫ: vel potius diligat nesciēs eū bonū diligit qđ est ille. ita fieri pōt vt hō malus bonū oderit iustū. ⁊ tn̄ dū eū credit iniustuꝫ: diligat nō ipꝫ sꝫ qđ putat eē ipꝫ: quēadmodū āt hoies sic ⁊ deū. Deinde si iterrogarent iudei vtrū diligerēt deū: se diligere rn̄derēt. nō ex aīo mētiētes: sꝫ errādo potius opinātes quō eni diligerēt patrē veritatis q hn̄t odio vitatē? Nolūt eni sua facta dānari ⁊ hoc hꝫ vitas. Tātū igit oderūt vitatē: quātū odert suas penas qs talib⁹ irrogat. Nesciūt āt illā eē vitatē q tales ꝯles ipsi sunt damnat: ac per hoc qꝛ vitatē q iudicante dānant: de pre deo natā nesciūt. etiā ipꝫ ⁊ nesciūt ⁊ oderūt. CHRY. Sic igit nō hn̄t ingt excusationē: per hoc ꝙ eā q a smonib⁹ doctrinā tribuebāt sꝫ ⁊ eā q ab operibus adieci ꝑm moysi legeꝫ: q ab eo ꝙ hoc facit psuaderi vniuersos instit eum ad pietatē ducat. ⁊ miracula tribuat. vn̄ subdit Si opa nō fecissē in eis q nemo alius fecit: pctm̄ nō haberēt: AVGV. Hoc. s. pctm̄ qđ in eū loquētē ⁊ operātē nō crediderūt. Sed qđ est qđ addidit que nemo alius fecit? Nulla qppe in opib⁹ christi vidētur eē maiora qꝫ suscitatio mortuoꝝ qđ scim⁹ etiā antiquos fecisse pphetas: fecit tn̄ aliq xps q nemo alius fecit. Sꝫ rn̄det nobis ⁊ alios fecisse: q nec ipse nec alius fecit Sꝫ ꝙ tā multa vitia ⁊ malas valitudies vexationesqꝫ mortaliū tāta ptāte sanaret. nullus oino legit antiquoꝝ: vt eni taceat q iubēdo sicut occurrebant: saluos singulos fecit. Marcus dicit ꝙ quocunqꝫ introibat i vicos vel in villas aut in ciuitates: in plateis ponebāt infirmos: ⁊ deprecabantur: vt vel fimbriā vestimenti eius tangerent ⁊ quotquot tangebāt eū salui fiebāt. Hec nemo ali⁹ fecit in eis. Sic eni intelligēdū est ꝙ ait: In eis nō iter eos: vel corā eis sꝫ prsus in eis qꝛ sanauit eos: nemo tamē alius fecit quecūqꝫ talia opa in eis fecit. qm̄ quisqs alius hō aliqd eoꝝ fecit. ipo faciēte fecit: hec aūt ipse nō illis facientib⁹ fecit: sed hec ⁊ si pater aut spūsſcūs fecit: nemo ali⁹ fecit qꝛ totius trinitatis vna substātia est: his ergo beneficijs amorē nō odiuꝫ retribuere debuerūt ⁊ hoc eis exprob: ãs adiūgit dicēs: Nūc aūt vide. ⁊ ode. me ⁊ pa. meū. CHRY. Hoc aūt dicē ne discipuli dicāt: Cur igit intra tot nos iduxisti mala? Nōne pha ⁊ odiū pudisti: sed ⁊ pphetiā inducit cū subdit Sꝫ vt adimpleat sermo q in lege eo. scri. ē qꝛ odio habue. me gra. AVGV. xv. d tri. Legis noie aliqñ sunt oia veteris testi scāꝝ scriptuꝝ significant eloqa: ⁊ ita dn̄s hic dic: In lege eo. scri. est. cū legatur i psalmis. AVGV. sup ioāne. Eoꝝ aūt legē dicit nō ab ipsis inētā. sꝫ ipsis datā. Gratis āt odit q nullū ex odio ꝯmodū qrit vel icōmodū fugit. sic oderunt deū impij: sic diligūt iusti. vt alia pter illū bona non expectent. qm̄ ipse erit in oib⁹ oia. GREGO. xxv. mo. Aliud est āt bona nō facere: aliud bono ꝝ odisse doctorē: sicut aliō ē ex pcipitatiōe. aliud ex deliberatiōe peccare. Ex infirmitate eni plerūqꝫ solet accidere: amare bonū: sed iplere nō posse. Ex studio aūt peccare ē bonū nec facere nec amare. Sicut ergo nōnūqꝫ grau⁹ est peccatū diligere qꝫ ppetrare: ita nequs ē odisse iusticiā qꝫ nō fecisse. Sunt q nōnulli in ecclesia q nō solum bona nō faciūt sꝫ etiam psequunt. ⁊ q ipsi facere negligunt etiā i alijs detestāt. Hoꝝ peccatū nō ex infirmitate aut ignorātia. sꝫ ex solo studio perpetratur.

Cum aūt venerit paraclytus quē ego mittam vobis a patre: spiritū veritatis qui a patre pcedit: ille testimoniū phibebit de me. Et vos testimoniū perhibetis: qꝛ ab initio mecum estis.

CHRY. Possent discipli dn̄o dicere. Si vba a te audierūt q nullus dixit si opa viderūt q nullus alius fec: ⁊ tamē nō ꝑfuerūt Si oderūt ⁊ patrē tuum ⁊ te cum eo: cuius grā nos mittis: qlr digni fide erim⁹? Ne igr hec cogitantes turbent: ꝯsolationē inducit dicēs: Cū au. vene. paraclytus quē ego mittā vobis a patre: spiritū vitatis q a patre pcedit. ille testimoniū phibebit d me. AVGV. Tāqꝫ diceret. Odio me habuerūt ⁊ occiderūt vidētes: sꝫ tale de me testimoniū paraclyt⁹ phibebit. vt eos faciat i me credere nō videtes ⁊ qꝛ ille phibebit: ⁊ vos phibebitis. vn̄ seqꝛ. Et testimoniuꝫ phibebitis. Ille cordib⁹ vr̄is ispirādo vos vocib⁹ vestris sonādo. vn̄ poteritis pdicare qđ nostis. Quia ab ini. me. estis. qđ mō nō facitis. qꝛ illius spūs plenitudo nōdū adest vobis. Dabit eni vobis fiduciā testimoniū phibendi charitas dei diffusa in cordibus vestris p spm̄ scm̄ q dabitur vobis. Ille qppe testimoniū perhibēs ⁊ testes fortissimos faciēs: abstulit amicis xpi timorē: ⁊ inimicoꝝ odium cōuertit in amorem. DIDY. de spūscō. Spm̄ autē scm̄ veniētē consolatorē dicit. ab operatione ei nomen iponēs. quia nō solū eos quos se dignos esse reperit ab omni pturbatiōe reddit aliēos. verū incredibile quoddā gaudiū eis tribuit. Sempiterna qppe leticia in eoꝝ corde versatur: quoꝝ spiritussc̄us habitator est. Iste spūs cōsolator a filio mittitur: non sm̄ angeloꝝ aut pphetaꝝ aut apostoloꝝ ministerium: sꝫ vt mitti decet a sapientia ⁊ virtute spm̄ dei indiuisaꝫ habētē cū eadē sapientia ⁊ virtute naturā. Etenim filius missus a patre nō separatur atqꝫ disiūgit ab eo: manēs in illo ⁊ habēs illū i semetipo q spūsſcūs supradicto mō missus a filio: de patre egredit nō aliūde ad alia trāsmigrās. Quō enim pater non consistit in

loco cũ vltra omnez corpoꝝ sit naturã: ita ⁊ spũs veritatis neq̃q̃ loco fine clauditur cũ sit icorpalis ⁊ excellẽs vniuer sas creaturarũ essentiã. CHRY. Propterea vero nõ spũ scũ sed spũ vitatis cũ vocauit: vt oñdat qd erit fide dignus. Dicit aũt q a patre pcedit: oĩa certissime nouit: queadmodũ ipse ait de seipso: Qm̃ noui vñ venio ⁊ quo vado. DIDY. Sed cũ posset dicere a deo sine oĩpotente nihil hoꝝ tetigit: sed ait. A pre: nõ q pr a deo oĩpotẽte sit alius: sz fm pprietatẽ pris itellectũ pariẽtis egredi ab eo dr spũs vitatis. Mittẽte aũt filio spũ vitatis sim̃l mittit ⁊ pr: cũ eadẽ volũtate patris ⁊ filij spũs veniat. THEOPHI. Et alĩs qdẽ prez dicit mittere spũ: nũc aũt cũ se missurũ dixit: eqpollẽtiã denotat. Ne aũt censeret veniti ꝯ patrẽ velut ab alia pte transmittẽs spũ addidit. A pre. q̃si acceptãte pre ⁊ pariter destinãte. Cũ ãt audis q pcedit: ne itelligas pcessuz missionẽ eẽ illatã extrinsecus: q̃ mittũt administratoꝝ spũs: sz quod dã differẽs excepte actiõis pprũ pcessuz appellat: vni pncipali spũi attributũ: originalis eni cõsistẽtia spũs ẽ pcessus: nõ ergo pcedere pmittere sumẽdũ est: sz ex pre naturalez essentiã obtinere. AVGV. Dicaliqs forsitan q̃rit vtruz ⁊ a filio pcedat spũscũs. filius eni solius pris est filius: ⁊ pr solius filij est pr. Spũs ãt sanctus nõ est vnius eoꝝ spũs sed amboꝝ: qñ qdẽ dicit ipse xps: Spũs pris vr̃i q loqr in vobis. Et dicit apl's: Misit deus spũ filij sui i corda vr̃a. Nec ob aliud estimo ipsũ pp̃e vocari spũ: qũ etiã si de singulis iterrogemur nõ possumus nisi ⁊ patrẽ ⁊ filiũ spũ dicere. q g cõiter vocant ⁊ singuli hoc pp̃e vocari oportuit eũ q non est vnus eoꝝ sed i quo cõitas apparet eoꝝ amboꝝ. Cur g ñ credamus q ẽt de filio pcedat spũscũs: cũ filij quoq ipse sit spũs? Si eni ab eo nõ pcederet: nec post resurrectionẽ discipl'is suis isufflasset dicẽs. Accipite spũ scm. De hac quoq virtute credẽdus est dicere euangelista: Virtus de illo exibat ⁊ sanabat oẽs. Si ergo ⁊ de pre ⁊ de filio pcedat spũscũs: cur filius dixit: De pre pcedit. nisi queadmodũ solẽt ad eũ referre: ⁊ quod ipsius est de quo ipse est: vñ illud est qd ait: Mea doctria nõ ẽ mea sz eius q me misit. Si igit hec intelligat eius doctrina quã tñ dixit nõ suã sed patris: quãtomagis ⁊ intelligẽdus ẽ ⁊ de ipso pcedere spũscũs: vbi sic ait: De pre pcedit. vt nõ diceret. De me nõ pcedit. A quo aũt hz filius vt sit deus: ab illo hz vtiq vt pcedat ab eo spũscũs. Hinc vtcũqz ẽt illud intelligit: cur nõ dicat natus eẽ: sz potius pcedere spũscũs: qm si ⁊ ipse filius diceret amboꝝ vtiqz filius diceret: qd absurdissimũ ẽ: filius quippe nullus ẽ duoꝝ nisi pris ⁊ mris. Absit ãt vt inter deũ prez ⁊ deũ filiũ tale aliqd suspicemur: qr nec filius hoĩz sim̃l ex pre ⁊ ex matre pcedit: sz cũ in matrẽ pcedit ex pre: nõ tũc pcedit ⁊ ex matre. Spũs ãt scũs nõ de patre pcedit in filiũ ⁊ de filio pcedit ad scificãdaz creaturã: sz simul de vtroqz pcedit. Neqz eni possumus dicere q non sit vita spũscũs: cũ vita pr: vita sit filius. ac per hoc sicut pr cum hẽat vitã in semetipso: dedit ⁊ filio vitam habere in semetipso. sic ei dedit vitã procedere de illo sicut procedit ⁊ de seipso.

CA. XVI.

Hec locutus sũz vobis vt nõ scãdalizemini. Absqz synagogis faciẽt vos. Sz venit hora vt oĩs q iterficit vos arbitret obsequiũ se pstare deo. Et hec faciẽt vobis qr nõ nouerũt prez neqz me. Sz hec locutus sũz vobis: vt cũ venerit hora eoꝝ: reminiscamini: qr ego dixi vobis. Hec ãt vobis ab initio nõ dixi: qr vobiscum eram.

AVGV. Merito pmisso spũscõ quo in eis opante fierẽt testes eius subiũxit: Hec lo. sũ vo. vt nõ scã. Cũ eni charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritũ sanctũ q datus ẽt nobis: fit pax multa diligẽtibus legẽ dei. vt nõ sit illis scãdalũ. Deinde que passuri essent exprimens: ait. Absqz synagogis fa. vos. CHRY. Iam enim cõposuerant vt siquis confessus fuerit christũ: extra synagogã fieret. AVGV. Quid autem mali erat apostolis expelli de iudaicis synagogis quasi nõ fuerint inde exituri etiam si eos nullus expelleret. Sed hoc voluit denunciare: quia iudei christum non fuerant recepturi a quo illi non fuerant recessuri. Nam quia non erat vllus alius ppl's dei: q̃ illud semen abrae: si cognoscerent xpm nõ alie fierẽt ecclesie xpi: alie synagoge iudeoꝝ. Qd quia noluerũt: qd restabat nisi vt remanẽtes extra xpm extra synagogã facerẽt eos q nõ reliqrũt xpm? Deinde cũ hoc eis dixisset adiecit: Sed ve. ho. vt oĩs q interfi. vos: arbitret obse. se presta. deo. Que verba ita subiecit tanq̃ ex hoc consolaret eos q de synagogis iudaicis pellerentur. an forte de synagogis illa sepatio sic eos fuerat turbatura vt mori vellẽt potius q̃ in hac vita sine iudeoꝝ congregatiõibus morari. vt sic turbarent: q dei nõ hoĩum gloriã requirebant. Iste itaqz sensus est in his verbis: Extra synagogam faciẽt vos: sed nolite solitudinem formidare. Separati quippe a congregationibus eorum: tam multos in nomine meo cõgregabitis: vt illi metuentes ne templum qd erat apd eos: ⁊ oĩa legis veteris sacramẽta deserant: sic interficient vos vt deo arbitrẽt se prestare obsequiũ: zelũ dei habẽtes: sz nõ fm sciam. Hoc eni de iudeis dciu debemus accipe de qbus dixerat: Extra synagogã facient vos. Nã testes. i. martyres xpi: etiã si occisi sunt a gentilibus nõ tñ illi arbitrati sunt deo sz dijs suis falsis obsequiũ se pstare: iudeoꝝ autẽ oĩs q occidit pdicatores xpi: deo se putauit prestare obsequiũ credẽs q occiderẽt deũ israel quicunqz cõuerterẽt ad xpm. Hinc g accẽsi ⁊ zelũ dei habẽtes sz nõ fm sciaz obsequiũ se deo prestare credẽtes occidebãt eos. CHRY. Deide ꝯsolatione sducit dicẽs: Et hec oĩa fa. vo. qr non noue. pa neqz me. q. d. Sufficit vobis in cõsolatione ppter me ⁊ patrem hec pati.

AVGV. Ne ãt ignaros atqz imperitos aĩos mala ipromissa q̃uis cito trãsitura turbarẽt: hãc fuisse cãm: vt hec eis prenuntiaret oñdit subdẽs: Hec lo. sum vo. vt cũ ve. ho. eo. remini. qr dixi vo. Hora eoꝝ hora tenebrosa: hora nocturna: sed nox iudeoꝝ sepatũ a se diẽ christiãoꝝ nulla cõfusiõe fuscauit. CHRY. Sed ⁊ ppter aliã causaz hoc pdixit: vt nõ diceret qñ nõ puidit futura ⁊ hoc significat cũ dic: Remini. qr ego dixi vo. ⁊ vt nõ possent dicere: qñ blãdiẽs nobis ea q̃ ad gratiã dicebat solũ. cuius ãt grã hoc a pncipio nõ dixit: oñdit dicẽs: Hec aũt ab ini. vo nõ di. qr vobi. erã. qr s. i custodia mea eratis: ⁊ licitũ erat iterrogare qñ volebatis ⁊ sup me totũ preliũ vertebat. Vñ supfluũ erat hoc a pncipio vobis dicere: nõ qr hec tũc nõ nouerã ppterea nõ dixi.

AVGV. Sed alij tres euãgeliste cũ pdixisse ista demonstrãt: anteq̃ ventũ eẽt ad cenã: q̃ pacta fm ioãnẽ ista locutus est. An forte hic ista soluit q̃stio. qr ⁊ illi cũ narrãt primum fuisse passioi cũ hoc diceret nõ q ab initio qñ cum illis erat. Sed mattheus nõ solũ iminente passione vez etiã ab initio hec denũciata esse ꝯmemorat. Quid sibi ergo vult q hic dicat: hec aũt ab initio nõ di. nisi qr ea q̃ hic dicit de spũscõ: q sit venturus ad eos ⁊ testimoniũ phibiturus qñ mala passuri sunt: hec eis ab initio nõ dixit: qm cũ ipsis erat: ⁊ eius pñtia cõsolabant. Abscessurus aũt oportebat vt diceret illũ esse venturũ p quẽ charitate diffusa i cordibus suis verbũ dei cum fiducia predicarẽt. CHRY. Vel predixit qdez qñ flagella paterentur. Nõ aũt q mors eoꝝ reputaret vt dei cultura: qd maxime poterat eos attonitos facere. Vel qr illic ea q̃ a gentibus debebãt pati dixit: hic autẽ ⁊ iudaica adiecit.

Et nũc vado ad eũ q misit me: ⁊ nemo ex vobis iterrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus sũz vobis: tristitia ipleuit cor vestrũ. Sz ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis vt ego vadã

Si enī nō abiero paclytus nō veniet ad vos. Si autem abiero: mittā eum ad vos. Et cū venerit ille arguet mundū de peccato: ⁊ de iusticia: ⁊ d iudicio. De peccato qdē: qȝ nō crediderūt in me. De iusticia vero quia ad patrem vado: ⁊ iā nō videbitis me. De iudicio aūt quia princeps hꝰ mundi iam iudicatus est.

